

in esse per relationem primi principij, qua sublata pater non esset ingenitus, quia omnino non esset pater.

Ad 4.

Quartum argumentum diluitur negatione minoris quoad priorem partem. Primæ vero probationi sic occurritur vt dicatur, innascibilitatem non significare modum habendi esse, sed non habendi potius sic vel sic, esse siquidem innascibile est non habere omnino ab alio esse. Paternitas etiã non importat modum communicandi esse: sed proprietatem potius declarat comunicãtis esse. Vniuersalitas vero primi principij significat modum habendi esse vt in fonte.

Paternitas est prior innascibilitate non solũ ob id quã affirmatio est prior negatione, sed etiã quia est fundamentũ in nascibilitatis. Ex eo enim pater nõ est ab alio id quod importatur per innascibilitatẽ, quia est primũ & fontale principium originũ diuinarũ id quod importatur per paternitatem.

Confirmatio diluitur negatione antecedentis, & cum dicitur, filius, qui ingenitus nõ generat, igitur pater quia ingenitus generat, negatur consecutio. Nam affirmatio esse potest causa negationis, non tamen cõtra. Porro tertia probatio diluitur negatione antecedentis: imo vero in diuinis secundum ordinem producentis & producti fit resolutio ad paternitatem, & ibi consistitur. Namq; paternitas diuina ex sua ratione formalis nominat primum, & fontale principium originum diuinarum: in primo autẽ & fontali principio necessario consistitur: neq; est quod vltius quicquam in diuinis requiratur. Hanc porro rationem supponit innascibilitas tanquam fundamentum: ex quo fit vt paternitas sit prior innascibilitate.

Negatur etiam minor quoad posteriorẽ partem. Ad probationem vero dicitur, paternitatem absolutẽ sumptam esse communicabilẽ: non tamen prout accipitur in diuinis, sic enim significat primum & fontale principium diuinitatis: & hoc modo est quiddam incommunicabile, & proprietas perfectior innascibilitate. Negatio siquidẽ nullam ponit perfectionem, supponit tamen, quo modo innascibilitas supponit aliquid perfectius positiuo, nempe paternitate absolute sumpta: est autem illud, paternitas diuina, notionaliter sumpta. Vnde est apud Thomam. i. d. 28. q. 1. innascibilitatem fundari in ratione principij personaliter dicti, non enim spiritus sanctus est principium di-

*Sic in fine
contra Mary
in a d. d.
innascibilis
de Hinc sed
ignit Sa
ternitate qua
sali d. d.
d. d. d.
d. d. d.
d. d. d.
d. d. d.
d. d. d.
d. d. d.*

uina personæ, neque itidem essentia. Lege Durandum. i. d. 28. q. 1. 2.

✠ QVÆSTIO .2. ✠

Vtrum pater & filius sint vnum principium spiritus sancti?



Nitio notandum hanc quæstionẽ duobus modis accipi posse, vno modo vt quæraur de re, altero modo de proprietate locutionis: hoc

est, vtrum secundum rem pater & filius sint vnum principium spiritus sancti, vel vtrum illa locutio sit propria, ac proprie accepta sit vera. Iuxta duplicem sensum quæstionis duplicem quoq; adponimus cõclusionem.

Prior igitur conclusio iuxta priorem sensum conclusionis est huiusmodi. Pater & filius sunt vnum principium spiritus sancti. Probatio. Pater & filius in omnibus sunt vnum, in quibus non distinguuntur relatiua oppositione: at in hoc quod est esse principium spiritus sancti non distinguuntur relatiua oppositione, ergo sunt vnum principium spiritus sancti.

Posterior conclusio. Hæc propositio pater & filius sunt vnum principium spiritus sancti est propria, ac proinde proprie accepta est vera. Probatio. In hac propositione principium accipitur substantiuẽ, atqui substantiuum accipit numerum à forma significata: forma autẽ significata per illud nomen est vna in patre & filio, nempe virtus spiratiua: aptissimẽ ergo ac propriissimẽ dicitur, quod pater & filius sunt vnũ principium spiritus sancti.

Confirmatur, quia quemadmodum propter vnitatem formæ significatæ pater & filius sunt vnus Deus, ita propter vnitatem formæ significatæ per hoc nomen principium, conuenienter pater & filius dicuntur esse vnum principium. Tho. i. p. q. 35. art. 4.

REFVTATIO CONCLUSIONUM.

1. cõclus. Pater & filius sunt vnũ principium spiritus sancti secundum rem

2. cõclus. Pater & filius sunt vnũ principium spiritus sancti ex proprietate locutionis

Gregori
ad
ad

Gregorius Ariminæus. i. d. 12. quæst. 1.
Ab utraq; conclusione dissentit. Ac in
priori conclusionem sic inuehitur.
Sub termino confuse accepto licet descen-
dere per vnam propositionem de disjunc-
to extremo. Cum enim dicitur omnis ho-
mo est animal, sic descenditur, ergo vel ho-
mo est hoc animal, vel hoc animal, vel hoc
animal, vel hoc animal, at non sic licet in
hac propositione descendere: nam sic des-
cendere ar, ergo pater & filius sunt vel hoc
principium, demonstrando primam per-
sonam, vel hoc principium demonstnan-
do secundam, at hoc consequens est fal-
sum, utpote quia oppositum ipsius sit ve-
rum, pater & filius non sunt hoc princi-
pium, demonstrando patrem, cum non sint
hec persona patris, neque hoc principium
demonstrando filium: cum non sint hac per-
sona filij.

Item, hac est falsa, vnum principium spi-
ritus sancti est pater & filius, igitur & ista,
pater & filius sunt vnum principium spiri-
tus sancti. Consecutio firma est sumpto ar-
gumento à conuertente ad conuersam. An-
tecedens ostenditur, quoniam principium
aut accipitur pro persona patris, aut pro per-
sona filij, quomodo sumatur, propositio
est falsa, igitur & conuersa est falsa.

Tertio, cū dicitur pater & filius sunt vnū
principium, per vnitatem principij aut desi-
gnatur vnitas personalis, aut vnitas pro-
prietatis, non prius illud, quia alioqui pa-
ter & filius essent vna persona, neque iti-
dem posterius, quoniam si propter vnita-
tem proprietatis pater & filius sunt vnum
principium, sequitur vt pater propter duas
proprietates dicatur duo principia filij, &
spiritus sancti: id quod tamen Theologi
non admittunt.

Posteriorem vero conclusionem sic re-
fellit. Hac propositio pater & filius sunt
vnum principium spiritus sancti de rigo-
re sermonis est falsa, igitur non est admit-
tenda, ac proinde falsa est secunda con-
clusio. Antecedens ostenditur ratione, &
authoritate. Ac ratio quidem est huiusmo-
di.

In illa propositione principium tenetur
adiectiue, at adiectiuum numerat formam
numerofitate suppositi, sunt autem pater &
filius duo supposita, igitur illa propositio pa-
ter & filius sunt vnum principium spiritus
sancti, falsa est de rigore sermonis, sed
fuerat dicendum, pater filius sunt duo prin-
cipia spiritus sancti. Porro authoritas est
ecclesiæ extra de Trinitate & fide catholi-
ca lib. 6. ita dicentis. Fatemur spiritum
sanctum æternaliter ex patre & filio, non
tanquam ex duobus principijs, sed tanquã
ex vno principio, non duabus spirationi-
bus, sed vnica procedere. Quo loco inquit
Gregor. Ariminensis, concilium simpliciter
affirmauit vnitatem spirationis, sed non
vnitatem principij, dicit enim spiritum
sanctum procedere ex patre & filio non
tanquam ex duobus principijs, sed tanquã
ex vno, simpliciter tamen affirmat pro-
cedere vnica spiratione, non duabus, in-
sinuans illis verbis locutionem esse impro-
priam.

Quocirca Gregorius propositionem illam
veram esse confirmat, si illud vnum expo-
natur adverbialiter, id est vno & eodem om-
nino modo. Nam pater & filius simul,
& eodem modo, id est æquè principaliter,
& æquè perfecte spirant spiritum san-
ctum. Ad quam simultatem & vnitatem
siue vniformitatem modi principiandi in
vetroque designandam sancti patres dixe-
runt patrem & filium esse vnū principium
spiritus sancti, id est simul, & eodem pror-
sus modo spirant. Quo eodem sensu Ma-
gister in litera huius distinctionis illam pro-
positionem interpretatur.

DILVTIO ARGVMEN-
torum,

AD primum respōdetur tum sub termi-
no confuse accepto licere descensum
fieri, cū sub illo plura singularia conti-
nentur. At nō sic res habet in proposito. Nā
singulare principij est hoc principium, quod est
tantū vnū numero in patre, & in filio, vñ cū

Ad 12

T ad

ad patrem & filium venit, iam committitur sophisma figuræ dictionis arguendo à confusa suppositione ad determinatam.

Ad 2. Ad secundum dicitur, illā etiam esse veram. Nam illud principium supponit, & accipitur non determinate pro vna persona tantum, sed indistinctè, & confusè pro duabus personis simul, & eodem modo supponit, & accipitur tam ex parte prædicati, quam ex parte subiecti.

Ad 3. Ad tertium dicitur, per vnitatem principij designari vnitatem proprietatis significatæ per nomen, quæ est virtus spiratiua. Ad improbationem vero respondetur negatione sequelæ, quia cum dicitur plura principia, implicatur multitudo suppositorum. Tho. 1. p. quæst. 36. articul. 4. ad 2. Obijcit contra aduersarius. Nomen substantiuum numeratur numerositate formæ, cum igitur in patre sint duæ formæ, & duæ proprietates, scilicet vis generatrix siue paternitas, & spiratio actiua, & principium sit nomen substantiuum, sequitur vt pater aptissime dici possit duo principia. Erudite respondet Caietanus. 1. p. quæst. 36. articul. 4. ad 2. duplex esse nomen substantiuum, abstractum vnum & absolutum, concretum alterum, & connotatiuum. Nomen substantiuum abstractum & absolutum numeratur numerositate formæ significatæ, substantiuum vero concretum numeratur numerositate vtriusque. Nam quatenus substantiuum postulat, & requirit pluralitatem formæ, quatenus vero concretum pluralitatem suppositorum. Quocirca dicendum est patrem esse vnum principium filij & spiritus sancti. Nam cum principium in illa propositione concrete sumatur, & sit ibi vnum suppositum, interuentu suppositi dicitur vnum principium quasi vnum principians. Sed has regulas postea expendemus.

Ad 4. Ad quartum, quo secunda nostra conclusio refutatur, dicitur illud principium accipi substantiuè, & designare proprietatem, & formam: cum igitur in patre & filio sit vna proprietatis, sequitur vt sint vnum principium.

Ad confirmationem vero sumptam ex ecclesiæ autoritate dicitur, illud tanquam teneri reduplicatiuè, ac proinde illorum verborum hunc esse sensum. Pater & filius spirant non in quantum duo principia, sed in quantum vnum, si attendatur principium formale, cuius vi actus spirandi elicitur. Est enim illud virtus spiratiua, quæ est vna in patre, & in filio, & spiratio vnica, & effectus vnus. Vnde ecclesiæ sanctio ac definitio magis conclusionem ac sententiam nostram confirmat, quam infirmat.

Postremo, expositio Gregorij minus apta est, nam si illud, vnum, in illa propositione esset aduerbialiter exponendum, profecto dici posset, patrem esse duo principia filij, & spiritus sancti, siquidem diuinus pater diuerso modo vtrunque principiat, atque producit, filium quidem generando, spiritum vero sanctum spirando.

QVÆSTIO. 3.

Vtrum pater & filius sint duo spiratores, aut vnus spirator?



QVÆSTIO TVM DEMUM explicabitur cū fuerint nonnullæ regulæ subiectæ.

Prima regula. Nomen substantiuum accipit numerum à forma significatæ, ita scilicet vt singulariter, aut pluraliter dicatur iuxta pluralitatem, aut singularitatem formæ significatæ. Ratio regulæ est, quia nomen substantiuum significat rem non vt alteri adiacentem, & ideo accipit numerum non ab altero, sed à seipso, hoc est, à forma significatæ.

Secunda regula. Nomen adiectiuum accipit numerum à supposito, siue forma significatæ sit vna, siue multæ formæ. Porro ratio regulæ est, quia nomen adiectiuum significat rem vt alteri adiacentem, ita fit vt non à se, sed ab altero, eo scilicet cui adiacet, accipiat aut singularitatem, aut pluralitatem. Duo enim supposita habentia vnā numero albedinem dicuntur alba.

Tertia

Expositio
auctoris
ecclesiæ.

Regula 1.

Regula 2.

Regula 3. Tertia regula. Nomina concreta substantiua, ceu homo, & equus dicuntur in plurali pluralitate formæ, & suppositi, formæ quidem, quia substantiua, suppositi vero, quoniam important habitudinem ad supposita. Ex quo fit vt multi homines sint multa supposita habentia multas humanitates. Hinc iam intellige conuenientiam inter nomina adiectiua, & substantiua, si mul & differentiam quoad pluralitatem. Conueniunt siquidē in hoc, quoniam vtriusque pluralitas requirit pluralitatem suppositorum, differunt tamen in hoc, quoniam pluralitas nominis adiectiui non necessario requirit pluralitatem formæ significatæ. Existente enim vna albedine in multis suppositis illa nihilominus dicitur alba, non album, at pluralitas nominis substantiui necessario requirit pluralitatem formæ significatæ, iuxta præceptum huius regulæ tertiæ, suppositum diuinum habens duas humanitates, non est duo homines, sed vnus homo. Nam quamuis ad sit pluralitas formæ, non tamen adest pluralitas suppositorum. Eodem etiam modo artifex habens plures artes numero, & specie distinctas non sunt multi artifices, sed vnus artifex. Item diuinus pater habens duas proprietates originis actiua, scilicet paternitatem, & spirationem actiuam non dicitur multa principia, sed vnum principium: siquidem deest multitudo suppositorum, multa autem principia important cum pluralitatem formæ, tum pluralitatem suppositorum.

Regula 4. Quarta regula. Nomina substantiua verbalia capiunt pluralitatem à pluralitate suppositorum, quantumuis forma significata sit vna. Cum enim multi trahunt nauim, quamuis sit vna numero tractio, attamen propter multitudinem suppositorum dicuntur multi tractores, non vnus tractor. Ratio regulæ est, quia nomen verbale degenerat in adiectiuum, id quod ex eo patet, quia nomen verbale adiungitur substantiui, sicut determinatio determinabili, vt cum dicitur, Petrus lector venit, &

ideo induit modum adiectiui.

His in hunc modum constitutis, quod attinet ad id de quo queritur, quibusdam visum est, patrem, & filium conuenienter dici multos spiratores, non vnum spiratorem, tum propter præceptum quartæ regulæ, nam verbalia nomina degenerant in adiectiuum, at pater & filius sunt spirantes, sunt igitur spiratores, tum vel maxime, quia spiratio habet in sua ratione quod sit à multis suppositis, quatenus sunt multa, & distincta, quemadmodum iam alibi docuimus. Hanc est olim sententiam sequutus Diuus Thomas. 1. d. 11. articul. vltimo, quam eandem videtur D. Hilarij auctoritas confirmare dicentis 2. de Trinitate lib. spiritum sanctum esse à patre & filio authoribus. Ex quo colligitur posse concedi patrem, & filium esse spiratores, quemadmodum & authores. Cæterum idem Diuus Thomas. 1. p. q. 26. articul. 4. ad septimum, re accuratius expensa sententiã mutauit, ac putat patrem & filium esse spiratorem, non spiratores, quoniam spirator est nomen substantiuum, substantiuum autem nomen, iuxta primam regulam, numerum capit à forma significata, quæ cum vna sit in patre, & in filio, spirant siquidem vna spiratione, & vnica virtute spiratiua, sequitur vt sint vnus spirator, non duo spiratores: sunt tamen duo spirantes. Nobis placet apte dici vtrunque posse: siquidem ad vtrunque dicendum suppetunt rationes probabiles.

Non tamen pater, filius, & spiritus sanctus dici possunt multi creatores, sed omnino dicendi sunt vnus creator, tum, quia pater, filius, & spiritus sanctus non solum vnica actione, sed etiam vnica virtute creant, tum, quia creare non habet in sua ratione quod sit à multis, prout multi sunt: sed prout vnum sunt. Etenim pater filius & spiritus sanctus creant non prout sunt distincti: sed prout sunt vnum in essentia, vnde si esset vnum suppositum in diuinis adhuc crearet, non tamen vnum suppositum solum, altero non conspirante, spiraret.

Apte dicitur potest, patrem, & filium esse duos spiratores, & vnum spiratorem

DISTINCTIO

XXX.

¶ Resolutio distinctionis trigessimæ.

Disputatum est de nominibus relatiuis quæ Deo æternaliter conueniunt, hac trigessimâ distinctione disputat Magister de nominibus relatiuis, quæ Deo ex tempore conueniunt. Estque huius distinctionis hæc prima conclusio. Sunt quedam nomina quæ de Deo relatiue, idque ex tempore prædicantur, ceu creator, & dominus. Creator enim refertur ad creaturam, cum ergo creatura sempiterna non fuit, sequitur ut neque sempiternæ Deus creator fuerit. Dominus itidem refertur ad seruum, igitur dominus non est qui seruum non habet, cum igitur creatura quæ ei famularetur ab æterno non fuerit, sequitur ut neque sempiternæ dominus ipse Deus fuerit. Capit igitur Deus & creator & dominus esse ex tempore.

Secunda conclusio. Quæuis Deus omnis creaturæ coeperit esse dominus in tempore, ipsius tamen temporis licet inceperit esse dominus, quia non semper fuit tempus, non tamen in tempore, alioqui ante tempus fuisset tempus, hinc collige Deum fuisse dominum, non quidem ante tempus, sed cum tempore, & in tempore.

Tertia conclusio. Relatio dominij etsi Deo aduenerit in tempore, non inde tamen Deus mutatus est, sed creatura, ita fit ut relatio illa in creatura accidens sit, non in creatore. Hoc ipsum probat M. auctoritate Augustini.

Quarta conclusio. Appellatio illa qua

creatura dicitur relatiue ad creatorem, est illa quidem relatiua, & relationem notat, quæ ipsa tamen est in creatura, appellatio uero illa qua creator relatiue dicitur ad creaturam, relatiua illa quidem est, sed nullam in creatore relationem notat.

¶ Corollarium primum.

Sunt ergo quedam quæ de Deo relatiue ad creaturas temporaliter dicuntur, sine mutatione Deitatis, sed non sine mutatione creaturæ.

¶ Corollarium secundum.

Cum spiritus sanctus dat se, relatio consurgit, & ad ipsum dantem, nempe patrem cum filio & spiritu sancto, dans enim, siue donator ipse pater est cum filio, & spiritu sancto, & ad recipientem, non enim potest aliquid dici datum, nisi ab aliquo, & alicui detur, ipsa tamen relatio mutationem affert non quidem danti, sed ei cui datur.

✠ QVÆSTIO. I. ✠

Vtrum relationes conuenientes Deo ex tempore sint reales?



HOC LOCO tria sunt capita excutienda, Primum caput est, an ne relatio distingatur à rebus absolutis, siue à fundamentis, secundum caput est, quænam sint illa, quæ in relatione reali requirantur. Tertium de eo est, de quo quæritur.

¶ Primum disputationis caput.

De re

DE re proposita extant tres doctorum hominum sententiae, quarum duae sunt extremae, altera vero media inter illas duas extremas interiecta. Sunt enim qui omnem relationem omnino distinguunt a fundamento proximo, alij non distinguunt, alij vero quasdam distinguunt, quasdam vero minime distinguunt.

Prima
opiniodi
stinguens
relationem
a funda-
mento pro-
ximo.

Ac prima quidem opinio his argumentis persuadetur. Si relatio esset idem fundamentum, omnia entia erunt realiter ad aliquid, consecutio patet, quoniam quaelibet res fundat aliquam relationem.

Secundo, illud non est idem alteri quod ipsum potest remanere sine illo, at fundamenta relationum manent, sublatis relationibus, etenim album manet sublata similitudine, igitur, etcat.

Tertio, eadem numero res esset realiter entitas duorum formaliter oppositorum, diuidendum totam latitudinem entis, nempe idem esset secundum rem absolutum, & relatum.

Item quarto, eadem res daret duo esse opposita simul, ad se videlicet, & ad aliud.

Quinto, nullum finitum perfecte continet formaliter, aut virtualiter opposita, haec siquidem continentia arguit infinitatem fundamenti, at relationes multae sunt formaliter oppositae, ceu similitudo, & dissimilitudo, haec autem possunt in eodem fundamento creato contineri, igitur fundamentum eisdem minime identificatur.

Sexto, contenta in aliquibus per identitatem magis differunt in continentibus magis inter se differentibus, at relationes non magis differunt incontinentibus magis inter se differentibus, relationes igitur non continentur in fundamentis per identitatem. Minoris probatio. Duae relationes fundatae in rebus duorum generum, velut aequalitas, & similitudo, aequalitas siquidem in quantitate, similitudo vero in qualitate fundatur, minus differunt, quam duae relationes fundatae in re vnius generis, veluti actio, & similitudo in calore, nam illae superiores relationes sunt eiusdem ordinis, haec vero posteriores non itidem, igitur, etcat.

Septimo, relatio rationis est alia res a suo fundamento, igitur & realis, consequentia patet, quia utraque relatio est modus sui fundamenti.

Octavo, fundamentum est causa suae relationis, sic enim relatio pullulat ex fundamento, sicut ex arbore fructus pullulat, non est igitur relatio idem suo fundamento. Consecutio patet, quia nihil idem est causa & effectus respectu eiusdem.

Postremo relatio est essentialiter accidens, ergo relatio est res cui per se debetur inesse, quia accidentis esse est in esse, habet igitur relatio proprium esse in, igitur inesse similitudinis distinguitur ab inesse albedinis.

Huic tamen sententiae illud primum aduersatur, quia ita eveniret ut aduentu similitudinis album mutaretur, utpote quia acquiriretur esse formae simplicis de nouo. Secundo illud aduersatur, quia illius formae accessu subiectum fieret compositius, ex quo subinde sequeretur ut fieret immensa compositionis, cum eadem numero albedo possit fundare infinitas relationes similitudinis, & dissimilitudinis.

Ad primum respondent huius opinionis authores, quod albo solo existente in esse similitudinis neque omnino est, neque omnino non est, est quidem incomplete, non est vero complete. Suspiciantur siquidem huius sententiae authores, nondum apposito termino, ceu coalbo, similitudinem habere esse incompletum, non ex defectu fundamenti, sed ex defectu termini, Apposito vero termino resultat continuo esse ad, quo resultante completur, & fit quasi proles fundamenti in quo inerat tanquam in radice. Ita relationis actualis aduentu nulla fit subiecti mutatio.

Ad secundum respondent, illud esse omnino necessarium, siquidem relatio realis habet proprium esse in.

Hanc sententiam defendunt Alfonso 1. d. 30. Caietanus 1. p. quaest. 28. art. 2. quam eandem assignandam putat Diuo Thomas. Ac D. Thomam sensisse relationem distinguui realiter a fundamento his argumentis Caietanus voluit esse confectum.

De sententia D. Thomae relatio distinguitur a fundamento, realiter quidem secundum aliquos.

DISTINCTIONIS XXX.

Thomif-
tas, for-
maliter
vero secū
dū alios.

Primum quia. 1. p. q. 28. art. 2. D. Thomas inquit relationem in creaturis hoc differre à relatione divina, quia quod invenitur præter contentum in significato formali relationis est alia res, in diuinis autem minime, atqui fundamentum non continetur in significato formali relationis, est igitur alia res à relatione.

Præterea, idem D. Thomas de potentia. q. 8. art. 2. ad 1. inquit nullam substantiam esse posse idem realiter quod relatio, relatio igitur in substantia fundata distinguitur realiter à fundamento, cuiusmodi est relatio similitudinis, & identitatis specificæ.

Ad hæc D. Tho. 12. Metaphys. lib. 4. ait relationem habere esse tenuissimum, ac debilissimum, vt quæ non solum sit in alio, sed etiam ad aliud, igitur relatio non est res eadem fundamento. Consecutio firma est, quia alioqui eadem res esset seipsa debilior, siquidem fundamentū est magis ens.

Postremo, Diuus Thomas fundamento attribuit causalitatem relationis, non sunt igitur idem relatio, & fundamentum.

Syluester
in confla-
to. q. 28.

Alijs visum est, nempe Syluestro in conflato, Diuum Thomam hoc non sensisse, sed oppositum potius, nempe relationem non distingui realiter à suo proximo fundamento, licet formaliter distinguatur. Porro fuisse eam Thomæ sententiam colligunt ex doctrina ipsius tradita in logica ab eo conscripta. Sic enim ait cap. de ad aliquid. Non est intelligendum quod similitudo Socratis sit aliqua res in Socrate alia ab ipsa albedine existente in Socrate, sed solum est ipsa albedo Socratis, vt se habet ad albedinem Platonis sicut ad terminum. Alioqui si similitudo esset alia res, nullo modo posset aliquis fieri similis sine sui mutatione, non est igitur similitudo alia res ab albedine. Est tamen distinctio formalis inter relationem, & fundamentum proximum, sicut distinguitur conceptum relativè à conceptu absolutè. Nam cum quantitas pedalis sola est in mundo, & subinde gignitur altera pedalis, non fit aliqua varietas in precedente, sed præcedens efficitur nono

modo conceptibilis: concipitur enim iam vt æqualis, cum prius sic non conciperetur.

In hac eadem sententia est Heruzus. 1. d. 30. quæst. 1. Eius igitur sententia his duabus propositionibus explicatur. Prior propositio. Relatio quantum ad id quod dicit intrinsece, & ponit in subiecto non distinguitur à fundamento, sed est eadem res, differens à fundamento re connotata. Nam connotat terminum, quem non connotat illa res vt fundamentum. Itaque albedo & similitudo sunt vna & eadem res, quæ ipsa res prout habet alterum album coexistens dicitur similitudo. Sic etiam superficies & locus est eadem res, quæ ipsa res prout est terminus corporis intrinsece dicitur superficies, prout vero est terminus corporis continentis extrinsece, dicitur locus.

Posterior propositio. Relatio quantum ad id quod connotat dicit rem aliam à fundamento. Connotat enim terminum ad quem refertur, quem ipsum non ponit in fundamento, sed externe ipsum adsignificat. Porro vtraque propositio hoc argumento ostenditur. Relatio non differt à fundamento, nisi quantum ad illud quod fecernitur ab absoluto, differt autem ab absoluto solum per terminum quem includit, igitur relatio quantum ad id quod est, quodque ponit in subiecto quod denominat, non differt à fundamento, sed quantum ad id, ad quod est.

Hinc iam colligitur relationem non facere compositionem cum fundamento. Nam si compositionem efficeret cum fundamento, aut illam efficeret, quoad id quod intrinsece nominat, aut quoad id quod extrinsece adsignificat, non prius, quia relatio vt sic non est alia res à fundamento, non facit igitur cum eo compositionem, neque itidem posterius, quia non ponit terminum in subiecto, igitur, etcæt. Si dicas. Relatio igitur non est simplex quiddam, dicitur quod relatio quantum ad id quod intrinsece dicit est simplex quiddam, licet coexigat aliquid extrinsece.

Quidquid dicant Heruzus, & Syluester, ego

Heruzus

sec
opi
omn
no d
guen
latio
a fu
meco
xime

ego puto Diui Thomæ esse opinionem, & sententiam, relationem distingui realiter à fundamento, quemadmodum ex doctrina Diui Thomæ disertissimè confecit, & collegit Caietanus. Neque obstat doctrina tradita à Diuo Thoma in logica, siquidem multi asserant illum commentarium non fuisse à D. Thoma compositum. Neq; enim præ se fert tanti Doctoris granitatem, & eruditionem.

ferti ad aliud sine entitate sibi inherente, eaq; à se realiter distincta, atqui Socrates præciso omni alio quod non est ipse, adhuc distinguitur ab hoc equo, & est similis Antonio in specie, habet igitur adhuc distinctionis, & similitudinis relationem.

Quinto, illud quod simul habet esse cum altero, non videtur ab illo reipsa distingui, atqui relatio simul habet esse cum fundamento, vt cernitur in relatione dependentiæ creaturæ ad Deum, quæ statim ponitur posita creatura, itemq; in relationibus equalitatis, & similitudinis, quæ statim ponuntur positis fundamentis, qualitate scilicet & quantitate, huiusmodi igitur relationes non videntur distingui à fundamentis. Maior patet ex eo, quia quæ realiter distinguuntur diuersis productionibus producuntur.

Sexto, si relatio esset alia res à fundamento, relatio haberet proprium esse in, distinctum ab in esse fundamenti, veluti similitudo haberet proprium esse in, distinctum ab in esse albedinis, consequens est falsum, ita enim eueniret vt genus relationis non esset simplex, sed veluti compositum ex in, & ad, id quod tamen est absurdum, siquidem primus conceptus cuiuslibet generis primi debeat esse simplex omnino.

Hanc sententiam defendunt Egidius .i. d. 26. Heruasus .i. d. 30. q. 1. Henr. quodlib. 9. q. 3. item quodlib. 5. q. 6. Syluester in conflato. q. 28. item multi alij, estq; vulgarior, & receptior sententia.

Doctissimus Scotus, & Durandus alias putant distingui, alias non item. Ac Scotus .2. d. 1. q. 5. duo genera inducit relationum quarum alia amitti possunt manente fundamento, quæ eadem etiam posito fundamento non statim acquiruntur, vt relationes equalitatis & similitudinis, sunt alia, quæ vt cum fundamento statim acquiruntur, ita manente fundamento permanent, neq; possunt interire posito fundamento, cuiusmodi sunt relationes creaturæ ad ipsum Deum & relatio totius ad suas partes.

Illud igitur prius relationum genus putat Scotus reipsa distingui à fundamento, hoc

secunda opinio omnino non distinguens relationem à fundamento proximo. Secunda opinio est eorum, qui relationem à fundamento omnino indistinctam esse asserunt, quæ eorū opinio hisce argumentis confirmatur. Si relatio esset alia res à fundamento, componeret omnino cum fundamento, at non componit, partim quia si componeret, idem fundamentum esset immensæ compositionis, nempe cum possit fundare infinitas relationes, veluti similitudinis & dissimilitudinis, actiui ad passiuum, & passiuum ad actiuum. Partim, quia acquirens nouam relationem moueretur, aliter enim se haberet nunc, atq; prius, vtpote quia acquireret nouam realitatem à se distinctam realiter, & facientem cum eo compositionem. Partim, quia aut componeret secundum esse in, aut secundum esse ad, non secundum esse ad, sic enim non significatur vt inherens, neq; ponit suum terminum in subiecto, neq; itidem secundum esse in, siquidem vt sic non distinguitur contra genera.

Secundo, si relatio distinguitur à fundamento, posset Deus cōseruare duo alba, annihilata similitudine, siquidem omne prius potest diuinitus absolui à posteriori, ita essent duo alba, inter quæ nulla similitudo intercederet, id quod est falsissimum, & non intelligibile.

Tertio, si relatio distinguitur à fundamento, illud euenit necessario vt omne agens agendo patiatur. Etenim agendo habet relationem ad passiuum, quam eandem recipit. Item omne mouens mouendo moueretur. Nam mouens mouendo recipit aliquam rem in se, quam prius non habuit, nempe respectum nouum, mouetur igitur, siquidem moueri est aliud nihil, quam aliter habere nunc atq; prius.

Quarto, illud eueniret vt nihil posset re-

scotus & Durandus relationum alias distinguunt à fundamento, alias non ite.

scoti opinio explicatur duabus propositionibus.

DISTINCTIONIS XXX.

vero posterioris non item. Mouetur autē Scotus, & adducitur hac potissimū ratione, quoniam cōtradictio est via ac ratio cōcludendi distinctionē, etenim rectē sequitur, A existēte, B non existit, igitur A non est B, atqui albedine existēte similitudo non existit, veluti si esset vnicū duntaxat albū, & quantitate existente æqualitas non existit, ceu si esset vnum duntaxat pedale, similitudo igitur nō est idē quod qualitas, neq; æqualitas est idē quod quantitas. Quemadmodum autē cōtradictio est via ac ratio cōcludendi distinctionem: sic etiam impossibilitas recipiendi cōtradictionē est via ac ratio efficiendi, & obtinendi identitatem. Rectē enim sequitur A non potest existere sine B, igitur A est B, cum igitur creatura esse non possit sine relatione ad Deū, alioqui esse posset sine Deo, id quod tamen est falsissimum, quia dependentia ad primum est essentialissima, sequitur profecto vt relatio creaturæ ad Deum sit idem realiter quod ipsa creatura.

Confirmatur, quia quod lapis non possit esse sine relatione ad Deum, id proueniat necesse est aut ex identitate, aut ex prioritate, aut ex similitate naturæ: non ex prioritate naturæ, namque relatio non est prior naturæ, neq; itidē ex similitate, neq; enim simul est natura necessario, prouenit igitur ex identitate, est igitur relatio dependentiæ lapidis ad Deum idem quod lapis.

Obijci contra potest ex Augustino .5. de Trinitate ita dicente, in rebus creatis quod non secundū substantiā dicitur, restat vt secundum accidens dicatur. Quibus ex verbis apertē colligitur omnē in rebus creatis relationē esse accidens: ex quo subinde efficitur vt non solum illa relatio quæ amitti potest manente fundamento, verum etiā relatio dependentiæ creaturæ ad Deum sit accidens, nullaque proinde relatio sit idem quod suum fundamentum.

Respondet Scotus loco supra citato duabus propositionibus. Quarum hæc est prior. Relationes creaturarū ad illa, ad quæ essentialiter dependent, non sunt accidentia, etenim ipsa essentialis dependentia non est ac-

cidens ipsi A, id est, est idē realiter quod A.

Posterior propositio. Relationes creaturarum ad illa, ad quæ non essentialiter dependent, sunt accidentia, prout accidens distinguitur contra substantiam. Porro quod ad authoritatē Augustini attinet, sic putat Scotus Augustini sententiam exponendā, id est non prædicatur in quid, quæ ad modum prædicantur attributa essentialia, siue substantia- lia, & præterea est mutabile, non quidē manente fundamento, sed per mutationē fundamenti. Quæ posterior conditio abest à diuinis relationibus. Ita Scotus relationes creaturæ ad Deū censet esse mutabiles, mutatur enim mutatione fundamenti, non tamen amissibiles, vt quæ manente fundamento amitti non possint quemadmodum cæteræ relationes. Hæc in summa est Scoti sententia, & opinio.

Durandus .i. d. 30. q. 2. posita distinctione sub inde ponit duas conclusiones. Distinctio est huiusmodi. Relatio accipitur duobus modis, vno modo pro respectu reali cōsequente suum fundamentum, idque vel per se vel per accidens, per se quidē quemadmodum esse in alio consequitur naturam accidentis, & per se existere consequitur naturam substantiæ: per accidēs vero, quemadmodum tangi, & tangere, quæ ipsa accidunt corporibus ijs, quæ se se omnino attingunt. Altero modo accipitur relatio pro denominatione respectiua sumpta ex multis, veluti similitudo, quæ sumitur ex albedine habente alteram albedinem sibi coexistentem.

His ita præiactis duplex iam conclusio subiicitur. Prior cōclusio. Relatio priori modo sumpta distinguitur realiter à fundamento. Probatio. Illa, quæ possunt re ipsa distrahi, & separari, ita quod vnum existat sine altero, re ipsa differunt, atqui relatio accepta priori modo, & suum fundamentū sunt huiusmodi, differunt igitur realiter. Maior patet, quia non est alia efficacior ratio ad efficiendā distinctionem inter aliqua, quam cōtradictio. Nam quod idem ens realiter sit, & non sit repugnat primo principio. Minor ostenditur. Quemadmodum se habent
modus

Durandi opinio.

modus essendi in se & in alio ad ea, in quibus fundantur, ita etiam modus essendi ad aliud, ad illud in quo fundatur, at modus essendi in se & in alio realiter possunt separari ab ijs, in quibus fundantur, ac de modo quidem essendi in se, patet in natura humana Christi, quæ ut sit substantia, non tamen per se existit, de modo vero essendi in alio patet in sacro sanctæ Eucharistiæ accidentibus, quæ in alio minimè existunt, ergo modus similiter essendi ad aliud, qui idem est respectus realis potest à suo fundamento re ipsa distrahi, ac separari, differt igitur re ipsa à suo fundamento.

Non tamen efficit cum eo compositionem, siquidem modus rei non facit compositionem cum re, iam autem respectus realis consequens fundamentum est modus realis essendi rei. Major hinc intelligitur, quoniam realitas faciens compositionem cum altera est res habens modum, & non solum est modus, at modus rei est modus solum, & non res habens modum, alioqui esset processus in infinitum, non facit igitur compositionem cum re. Ita de sententia Durandi relatio non est res habens modum, sed modus rei tantum.

Posterior conclusio. Relatio sumpta posteriori modo, hoc est, pro denominatione respectiva alicuius subiecti de sumpta ex multis non distinguitur à suo fundamento, quando quidem talis relatio non est res, quæ sit essentialiter respectus, sed est sola denominatio respectiva profecta ex multis. Ex quo fit ut similitudo sit idem secundum rem quod albedo, differunt tamen similitudo & albedo re connata. Namque album ut simile connotat alterum coalbum, quod ipsum non connotat album ut sic, fit etiam ut denominatio similitudinis proficiscatur non solum ex albedine, quæ est in Platone, sed ex ea etiam quæ inest in Socrate.

Hoc posterius relationis genus existimat Durandus pertinere ad prædicamentum ad aliquid distinctum contra cætera prædicamenta, tamen si illa denominatio respectiva non sit realis respectus existens in rerum

natura. Namque divisio entis in decem prædicamenta, non est divisio entis in decem genera distincta secundum formales eorum rationes, sed secundum varios prædicandi modos. Iam autem non est necesse ut quod importatur formali prædicatione, sit aliquid realiter distinctum ab alijs omnibus rebus. Namque eadem res secundum se accepta, & cum altera, potest variare figuram prædicationis multis modis.

Exposuimus varias de re proposita sententias, superest, ut quæ sit probabilior, quæque Aristot. sensui, & doctrinæ sit magis consentanea, exponamus.

Hæc igitur prima statuatur de re proposita propositio. Quælibet supra dictarum, & expositarum opinionum multum habet probabilitatis. Etenim ad quamlibet illarum asserendam suppetunt vehementes, & efficaces rationes, habet igitur quælibet illarum opinionum multum probabilitatis.

Secunda propositio. Opinio dicens omnem relationem distingui à fundamento est cum Aristot. sensu, & doctrina maxime consentiens. Nam primum Aristot. in Categorijs cap. ad aliquid, ipsum definiens, sic ait. Ad aliquid sunt, quæcumque hoc ipso, quod sunt, ad aliud sunt, atque fundamentum hoc ipsum quod est, non est aliud: est igitur aliud esse fundamenti, & aliud ipsius relationis de sententia Aristot. at quæ differunt secundum esse, differunt secundum rem: est igitur relatio res alia à fundamento.

Opinio distinguens quælibet relationem à fundamento, est Arist. sensui & doctrinæ magis consentanea.

Deinde Aristot. 12. Metaph. docet non esse eadem principia substantiæ, relationis, qualitatis, quantitatis, & aliorum generum, ex quo illud consequitur relationem esse rem aliam à fundamento: alioqui falsum diceret Aristot. Nam eiusdem rei sunt eadem principia.

Postremo apud Aristot. fundamenta relationum sunt substantia, qualitas, quantitas, actio, & passio, ut patet, 5. Metaph. igitur relatio ab ijs omnibus distinguitur, consequentia patet, tum quia relatio ab ijs pululat, & nascitur, quod nascitur autem distinguitur ab eo, ex quo nascitur. Tum quia

relatio

DISTINCTIONIS XXX.

relatio in diuisione entis realis contra hæc diuiditur, est igitur relatio ens reale ab illis omnibus distinctum.

Confirmatur, quia si realitas relationis esset realitas sui fundamenti, relatio esset ens absolutum, siquidem realitas fundamenti sit ens absolutum.

Tertia propositio. Supradictarum opinionum, quarum vna relationes omnes distinguit realiter à fundamento, alia vero nullas, alia autem quasdam à fundamento seceruit, quasdam vero minime, illa est probabilior, quæ media inter illas duas extremas intercedit: ac proinde Scoti opinionem maxime probabilem & amplectendam existimamus. Dicimus igitur omnem creaturam ad Deum relationem esse indistinctam realiter à fundamento: utpote quia creatura esse non possit sine tali habitudine, & relatione, ceteras vero alias distingui realiter à fundamentis, utpote quia fundamenta existere possint sine illis. Porro prius illud relationis genus ut non distinguatur realiter à fundamento, distinguitur tamen formaliter, & conceptibiliter etiam apud Scotum. Nam neque ratio respectus per se includit formaliter rationem absoluti, neque ratio absoluti per se includit formalem rationem respectus, licet absolutum per identitatem contineat respectiuum. Ac hoc modo dici potest decem illa genera, quibus res omnes continetur esse inter se distincta, quoad scilicet formales ipsorum rationes, ita quod nullum ipsorum formaliter alterum includat, licet per identitatem in existendo, vnum alterum contineat.

Superest ut argumenta illa diluamus, quibus ostenditur nullam relationem distinguere à fundamento.

Ad primum igitur argumentum respondetur concedendo sequelam. Nam relatio cum habeat proprium esse in, distinctum ab in esse sui fundamenti, sequitur omnino ut componat cum fundamento. Iam autem ad primam improbationem respondetur, quod quemadmodum Socrates vna albedine est fundamentaliter similis omni albo,

sic etiam vna similitudine est formaliter similis omni albo. Contra, sequeretur ut idem numero corruptum remaneret, id quod est omnino impossibile. Consecutio firma est. Nam corrupto & è medio sublato albo A, iam desijt similitudo B, ad ipsum, quem admodum sublato filio, Ioannes non est pater ipsius, nam relata ut posita se ponunt, ita sublata se tollunt, at pertinet adhuc manet similitudo, siquidem vnica est duntaxat, per quam hoc album est simile omni albo: igitur idem numero corruptum manet. Dicimus album B, vna similitudine adæquata esse simile omnibus coalbis, in adæquate vero assimilatur singulis. Sublato igitur quolibet albo, tollitur partialis habitudo ad quodlibet album, non tamen similitudo simpliciter, siquidem hæc est vna duntaxat. Si tamen cetera alba tollerentur, iam omnino tolleretur similitudo. Hinc collige ad corruptionem relationis in vno termino non necessario consequi interitum relationis in altero, sed ad interitum omnium.

Ad secundam vero improbationem respondetur negando sequelam: tum quia illud est verum in absolutis, etenim acquirens nouam realitatem absolutam à se distinctam, & facientem cum eo compositionem mouetur, tum quia non acquiritur noua res, sed quæ præfuit in potentia efficitur in actu. Facto enim albo in occidente non acquiritur noua relatio in albo existente in oriente, quæ non præfuit: sed relatio præexistens in potentia traducta est ad actum. Quocirca notandum quod dans formam, dat etiam omnia consequentia ad illam formam, si minus sub esse actuali, certe sub esse potentiali, ita dans quantitatem, dat æqualitatem in potentia tamen, & dans alborem dat etiam similitudinem sub esse tamen potentiali, quæ tamen ipsa similitudo potentialis efficitur actualis altero acquirente eandem specie qualitatem. Nam ut relatio sub esse potentiali existens ad actum traducatur, hoc solum requiritur ut terminus ponatur in actu. Nulla igitur noua res acquiritur, sed quæ præfuit sub esse potentiali efficitur in actu, termino

simile vna similitudine adæquata est simile omnibus habentibus eandem qualitatem.

Facto altero albo nulla noua res acquiritur in albo iam existente, sed quæ præfuit in potentia relatio reducita est ad actum, termino duntaxat posito in actu.

Opinio media est probabilior.

etiamque ab aliis philosophis etiamque ab aliis philosophis etiamque ab aliis philosophis

Diluuntur argumenta quibus ostenditur nullam relationem distinguere à fundamento.

Ad

Non conueniens prius solui potest, etiam si in potentia

mino dūtaxat in actu posito. Ex quo sit subinde vt acquirens actualem respectum minimè mutetur.

Ad tertiam vero improbationem dicitur relationem componere secundum esse in, quod ipsum distinguitur ab esse in sui fundamenti, vti iam diximus.

Ad 2. Ad secundum, sunt qui ita respōdeant vt hypothēsim admittant, nempe posse diuinitus duo alba conseruari anihilata similitudine, siquidem omne prius possit diuinitus absolui à posteriori, negandam tamen putant illationem. Nam etsi inter illa duo alba non intercedat similitudo formalis, intercedit tamen similitudo fundamentalis.

Aptius respondetur negatione sequelae, nempe quod duo alba esse possūt inter quae nulla intercederet similitudo formalis, cū vero dicitur, Deum per absolutam potentiā posse conseruare prius interim sublato eo, quod est posterius, negatur illud in toto genere rerum. Nam etsi Deus possit efficere quodlibet prius sine posteriore, ceu vnitatē sine dualitate, non tamen omne prius sine omni posteriore citra cōtradictionē. Nam creatura est prior dependētia relatiua eiusdem ad creatorem, non tamen potest fieri vt sit creatura sine tali dependentia saltim negatiua: vt iam docebimus. Item duae vnitates sunt priores dualitate, non tamen fieri potest vt sint duae vnitates citra dualitatē. Item linea est prior sua rectitudine, & curuitate, non tamen esse potest linea, quin sit recta, aut inflexa. Ad eundem etiam modū non est factu possibile vt sint duo alba, quin sint non solum fundamentaliter, verū etiam formaliter similia. Posito enim termino necessario, necessitate absoluta, cuius oppositū implicat repugnantia, ponitur relatio actualis inter illa: nempe inter relatiuum, & suū terminum.

Quoniam vero diximus, non posse fieri vt creatura sit sine dependentia ad Deum, saltim negatiua, id vt melius intelligatur notandum est, dependentiam creaturae ad creatorem posse accipi duobus modis, vno modo positiue, altero modo negatiue. De-

pendentia creaturae ad Deum positiua, est habitudo quadam realis positiua, perquam creatura actu refertur ad Deum. Dependētia vero negatiua est impossibilitas existendi sine Deo. Sunt ergo qui dicāt, vt est apud Alfonso. i. d. 30. posse Deū absoluerē creaturam à dependentia positiua, non tamen à dependentia negatiua, Deus enim efficere non potest quin creatura ad sui existentiam necessario Deum requirat, non tamen iam inde consequitur vt creatura sit Deus. Nam quod lapis non possit esse sine Deo, non est in causa aut prioritas, aut simultas, aut identitas, sed necessaria coexistētia creaturae cum creatore.

Alfonso tamen putat ab vtraq; dependentia non posse absolui creaturam, non tamen inde colligi affirmat identitatem illius respectus cum fundamēto. Nam quod creatura non possit esse sine tali respectu, non est in causa aut identitas, aut prioritas, aut simultas, sed necessaria sequela posterioris ad prius. Vnde apud Alfonso illa cōsecutio minus firma est, A non potest esse sine B, igitur A, est B. Nam linea esse non potest sine rectitudine, & curuitate, non tamen linea est sua rectitudo, aut curuitas, neq; rectitudo identificatur lineae. Neq; est, inquit, vt aduersarius euadat dicens, lineam esse posse sine vtrouis disiunctim, non tamen sine vtroque cōiunctim. Nam aut Deus pōt efficere vt linea sit sine omni eo, quod inest in linea, & ab ea re ipsa distinguitur, aut secus: si potest, igitur potest efficere vt sit linea, quae neq; sit recta, aut inflexa, id quod videtur factu impossibile, sin secus, igitur illa propositio non est vniuersaliter vera, nepe posse omne prius per diuinam potentiā absolui à posteriori, vti iam diximus. Ceterum ad concludendam diuersitatem sufficit, quod linea esse possit sine vtrouis disiunctim, id quod tamen non habet locum in dependentia positiua, sine qua esse nullo modo potest creatura. Nam esse creaturā, & non esse actualem quendam respectum ipsius ad Deum, est impossibile.

Ad tertium negatur sequela tam prior, quam

Vbi est necessaria sequela posterioris ad prius non potest absolui prius a posteriori.

Ad 3.

quam

mile
fimi
dne
qua
siml
mai
nabē
ca
qua
tm.

Non omne prius ab solui pōt a posteriori, etiam per diuinam potentiā.

al-
albo
no-
ac-
tur
o iā
te,
quae
uit
otē.
eia-
du-
ad
ter-
dū
po-
na

DISTINCTIONIS XXX.

quam posterior, tum quia agens ipsum, ac mouens nullam rem recipiat, quam prius non habuit, etenim relatio consequens præfuit cum in agente, tum in mouente, si minus subesse actuali, certè subesse potentiali. Tum, quia concessio quod noua realitas acquiratur & recipiatur, nõtamen iam inde cõficitur vt aut agens agendo patiat, aut mouens mouendo moueatur, siquidem acquiratur & recipitur noua realitas respectiua, non absoluta. Hæc enim terminat per se actionem & motum, illa non item.

Ad 4. Ad quartũ negatur similiter sequela, firma tamen esset consecutio, si omnis relatio distingueretur à fundamento. Iam autem genus est quiddam relationum indistinctũ realiter à fundamento, in quibus relatiuũ refertur sine realitate sibi inhærente, & à se realiter distincta. Creatura enim vt sic refertur ad creatorem relatione dependentiæ, quæ tamen non est inhærens sibi, & à se realiter distincta.

Ad 5. Ad quintum dicitur, illud esse verũ, cum illud per se terminat generationem, secus si per accidens, & ex consequenti sic autem res habet in proposito. Nam generatio per se terminatur ad fundamentum, per accidens vero & ex consequenti ad relationem consequentem. Iam autem quæ realiter distinguuntur diuersis productionibus producuntur, si æquè primo, & per se generationem terminet.

Ad 6. Ad sextam dicitur, relationem, quantum ad id quod dicit intrinsece esse simplex quiddam faciens compositionem cum fundamento, licet coexigat aliquid extrinsece. Ita absolutum est primum disputationis caput.

¶ *Secundum disputationis caput.*

Secundo loco sumpsimus exquirendum quænam sint illa quæ in relatione reali requiruntur. De re proposita variæ extant eruditorum hominum sententiæ. Diuus Thomas. 1. p. quæst. 42. ad 4. In relatione reali duo maxime requirit, nempe & quod fundamentum realiter distinguatur, & quod non fundetur illa relatio super al-

teram relationem. Ita paternitas & filiatio, relationes sunt reales, nam & virtus generatrix, quæ est ipsarum fundamentum, non est paternitas, aut filiatio, & ita opponuntur relatiuè vt seipsis opponantur, non media aliqua oppositione, alia à paternitate, & filiatione. Adiungit D. Thomas. 1. p. q. 13. art. 7. ad illa duo, ordinis etiam vnitatem inter extrema: vt scilicet extrema sint eiusdem ordinis.

Cæterum prima illa cõditio, quam Diuus Thomas requirit, refellitur à Scoto. 1. d. 31. q. 1. Item à Durando. 1. d. 30. q. 3. ita siquidem eueniret, vt paternitas, & filiatio in diuinis nõ essent relationes reales. Nam aut essentia est fundamentum, aut relatio, si essentia, non sunt igitur relationes reales. Porro tertia conditio refutatur à Durando. 1. d. 30. quæst. 3. Nam esse eiusdem ordinis, vt Henricus interpretatur, nihil est aliud, quam vtrunq; relatorũ esse aut in genere, aut extra genus. Iam ergo ita argumentatur Durandus. Limitatio ad genus, & illimitatio id solum efficiunt, vt ea, de quibus dicuntur, vel quibus attribuuntur, differant vniuoco, hoc est non vniuocetur sub aliquo vniuoco, non tamen efficiunt, vt vnum ipsorum sit res naturæ, alterũ vero res rationis, id quod cernitur in sapientia creata, & increata, quæ vtraq; est res naturæ, tametsi vnum illorum sit limitatum, alterum vero illimitatum.

Adde, quia si in relatione reali requiritur vt extrema sint ordinis eiusdem, illud profecto eueniret, vt relatio creaturæ ad Deum non esset realis, siquidẽ extrema non sunt ordinis eiusdem.

Sunt alij Diui Thomæ studiosi, qui hanc ordinis vnitatem interpretentur eandem in vtroque extremo rationem referibilitatis, vel secundum speciem vt in relatiuis primi generis, vel secundum genus vt in relatiuis secundi generis, ita fit vt relatiua tertij generis, quæ se habent per modum mensuræ, & mensurari, non sint quoad vtrunq; extremũ res naturæ. Etenim scientia refertur ad scibile relatione reali, at scibile ad scientiam, non item. Nam ratio referendi ipsius sciẽtiæ ad

In relati-
one reali
quæ requi-
rantur.

durã

ad scibile est apprehensio scientis, quæ est in sciente non in scibili, siquidem scibile sit extra ordinem esse intelligibilis. Hæc tamen expositio nondum effugit reprehensionem, quia ita fieret ut relationes secundi generis, quæ fundantur in actione & passione non essent reales, nempe quia in utroque extremo minimè reperiatur eadem ratio referendi, namq; ratio referendi in agente est virtus actiua, in patiente vero virtus passiva. Neq; itidem scientia referretur relatione reali ad scibile, quandoquidè in utroq; extremo eadem ratio referendi non conspiciatur.

Sunt qui hanc ordinis unitatem ad dependentiam mutuam referant: sicque interpretatur D. Thomam, Thomas Argenti-
na Augustinianus. 1. d. 30. q. 2. Huic tamen expositioni illud contra obijcitur: quia aut sermo est de dependentia causali, aut relativa: si de causali, igitur relationes secundi generis non sunt reales, nam ut causatum pendeat à causa, non tamen contra, si de relativa: efficitur profecto ut omnis relatio sit realis, nam relatio rationis æque coexigit terminum, atq; relatio realis.

Durandus. Durandus. 1. d. 30. q. 3. præcisam, & adequatam realitatis relationum causam in eo positam esse tradit ut vnum extremum coexigat alterum necessario ex natura sui fundamenti, quemadmodum patet in motivo, & mobili. Namque motivum coexigit mobile ex natura virtutis motivæ, quæ fundat relationem motivi ad mobile, & id quod moveat requirit necessario. Obijci tamen contra potest. AEquale relatione reali refertur ad alterum æquale, & tamen illa mutua coexigentia non proficiscitur ex natura fundamenti, non enim quantum ut, sic, necessario requirit alterum conquantum.

Præterea, quemadmodum relatio realis ex natura fundamenti requirit extrema, ita etiam relatio rationis ex natura fundamenti extrema coexigit, igitur vel nullæ sunt relationes rationis: vel certè realitas relationum non consistit in coexigentia extremorum ex natura fundamenti.

Scotus. 1. d. 31. q. 1. docet in relatione reali quatuor requiri, nempe extrema realia, distinctionem realem extremorum, fundamentum reale, & quod illa relatio cõueniat extremis ex natura extremorum: non tamen ex operatione intellectus vnum extremum cum altero comparantis. Defectu primæ, & secundæ conditionis relatio eiusdem ad se ipsum non est realis: siquidem illa relatio inter extrema reipsa distincta minimè intercedat: defectu tertiæ conditionis relatio identitatis vnius individui ad alterum individuum non est realis, quandoquidem unitas specifica fundans talem relationem non sit realis. Postremo defectu quartæ conditionis relatio scibilis ad scientiam non est realis: siquidem illa habitudo conueniat obiecto scibili per actionem intellectus co-intelligentis rem scibilem tanquam extremum terminans relationem scientiæ ad illud. Obijci contra potest. Relatio æqualitatis in diuinis est relatio rationis, solæ enim relationes originis sunt reales, & tamen illa quatuor à Scoto enumerata eidem cõueniunt, aliquid ergo præterea desideratur.

Quocirca nos dicimus illis quatuor conditionibus, quas Scotus in relatione reali requirit, esse adiungendam quintam, quæ realitatem relationum cõplet, est autem ea ut extrema realiter distinguantur, prout terminant relationem, & habitudinem vnius ad alterum.

Est igitur relatio realis illa, quæ habet extrema realia, & realiter inter se distincta prout terminant illam habitudinem, quæq; habet fundamentum reale, & conuenit extremis ex natura extremorum, non itidem ex actione intellectus vnum extremum cum altero comparantis.

Est hoc loco magnopere annotandum tria esse relationum genera, quædam enim sunt relationes, quæ in utroq; extremo sunt res naturæ, sunt aliæ, quæ in utroq; extremo sunt res rationis. Aliæ vero, quæ sic se habent ad extrema, ut in vno extremorum sint res naturæ, in altero vero res rationis. Illæ sunt purè reales, tertiæ sunt purè rationis, mediæ

Scotus.

Relatio realis quæ sit.

Relatio enim tria sunt genera, quædam sunt pure & omnino reales, quædam omnino rationis quædam vero mediæ.

vero

DISTINCTIONIS XXX.

vero partim reales, partim rationis. Illæ relationes sunt purè reales, quæ consequuntur fundamenta realia, ita quod non pendeant ab intellectu neq; effectiue, neq; obiectiue. Illæ sunt purè rationis, quæ cōsequuntur apprehensionē intellectus: ita quod pendeant ab intellectu cum obiectiue, tum effectiue, vt genus & species. Illæ mediæ intercedunt, quæ reperiuntur in extremis, quæ nō sunt ordinis eiusdē, vt scientia, & scibile. Nam scientia suapte natura ordinatur ad scibile, & scibile, idest, res ad quam scientia ordinatur, secundum se spectatum est extra hunc ordinem. Hoc genus tertium pendet ab intellectu non quidē effectiue, sed obiectiue solū. Etenim alteri extremorum conuenit habitudo, quatenus apprehenditur ab intellectu ceu terminus habitudinis alteri⁹ ad ipsum. Hinc effectum est vt Aristot. 5. Metaphys. dixerit hæc esse in relatis, non quia ipsa referantur ad alia, sed quia alia referantur ad ipsa, idest quatenus termināt habitudinem aliorum ad ipsa. Verbi causa, habitudo veritatis prædicati ad subiectū, effectiue quidē est à rebus cognitis, obiectiue vero ab intellectu, siquidē de rebus nascitur vt cognitis.

Quoniam vero hæc secundi capitis disputatio vniuersa huc pertinet, vt ostendamus esse aliquas relationes reales, quæ ipsæ ab intellectu neq; effectiue, neq; obiectiue dependent, non putauimus prætereundam, sed exponendam potius, & refutandā quorundam opinionē, qui constanter affirmant nullā omnino esse realiter relationem, vt pote quia nullam relationem creatam existiment esse ens extra animam, quantum ad id quod formaliter importat, id quod persuasum nobis esse volunt singula relationū genera persequendo.

Relationum igitur genus quoddam fundatur super numerum vt duplum, & dimidium, multiplex, submultiplex, triplū, subtriplum, quod genus relationum non esse aliquid in re sic ostendunt. Si relationes huiusmodi essent aliquid in re, eueniret profecto, vt infinitæ actu relationes essent in linea. Nam data quauis linea ipsa est dupla

ad suum dimidium, & tripla ad tertiam sui partem, cumq; linea sit diuisibilis in infinitum, sequitur vt in infinitæ actu relationes sint in linea .s. dupleitas, tripleitas.

Sunt aliæ relationes, quæ fundantur in vno vt æqualitas, similitudo, identitas, hæc similiter non sunt res naturæ, alioqui daretur actu rerum infinitas, nam vnus homo potest esse similis infinitis rebus, si ergo quælibet similitudo est res actu inessent in homine infinitæ actu realitates.

Adde, quia si æqualitas est res existens in quanto, & similitudo res existens in quali, Deus posset conseruare duas qualitates, interim in nihilum redigendo realitatem similitudinis, at hoc est factu impossibile, vñ admissa hypothese, adhuc intellectus considerans duas albedines, similes eas esse deprehenderet: & considerans duas quantitates, eas aut æquales, aut inæquales reperiret, non est igitur similitudo realitas superaddita qualitati, aut æqualitas, realitas superaddita quantitati.

Præterea, huiusmodi relationes fundantur in ente rationis. Nam vnitas in quantitate, & qualitate fundans huiusmodi relationes cum esse non possit vnitas numeralis, & indiuidua, siquidē duo quanta, & duo qualia supposito distincta habere non possunt eandem numero quantitatem & qualitatem: sequitur vt sit specifica, hæc autem est vnitas rationis, igitur, etc.

Secundum genus relationū, nempe fundatum in actione, & passione, similiter ostenditur non esse ens reale. Nam illud quod non est productum ab aliquo neq; mediatè, neq; immediatè non est ens extra animam, alioqui aliquid per se ipsum de non esse procederet ad esse, at relatio producentis ad productum est huiusmodi. Nam aut producitur ab ipso producente, aut ab ipso eo quod producitur, aut ab actione producentis transiente in productum, aut ab aliqua alia causa externa, ceu à Deo: non à producente, partim quia relatio esset immediatus terminus productionis, partim, quia agens ageret in se actione reali, neque itidem à producto,

opinio
illorum
qui asserunt
relationem non
esse ens
extra animam.

Dilu
tur arg
menta.
Ad

Ad

ducto, non enim ignis genitus aliquam realitatem imprimat in ignem gignentem: neque filius imprimat paternitatem in patre. Neque itidem ab actione, siquidem actio agentis recipitur in patiente, & nihil attingit actiue quod sit à producente, relinquatur igitur ut solus intellectus efficiat habitudinem agentis ad patientem, quatenus videlicet comparat ipsum agens cum patiente.

Tertium porro genus habet se ut mensura ad mensuratum, quomodo se habet scientia ad scibile: hoc genus etiam non esse ens reale in hunc modum ostenditur. Illa habitudo est nulla res, quam fundat nulla res: at habitudinem scientiæ ad scibile fundat nulla res: nam sublato scibili adhuc scientia actu est, & sublato intelligibili adhuc intellectus in actu est, igitur illa habitudo non est aliquid in re.

Argumento porro generali illud ipsum in hunc modum conficitur. Illud non est in rebus quod acquiritur in subiecto nullo agente ipsum attingente, at relatio est huiusmodi. Nam albo existente in oriente, si fiat alterum album in occidente, similitudo aduenit & accrescit albo orientali nulla actione ipsum attingente, non enim albore afficiens B, occidentum, sua actione attingit album A, orientale, solus igitur intellectus efficit huiusmodi relationem comparans unum album cum altero.

Diluuntur argumenta.

Ad 1.

Ad hæc singulatim respondetur. Ad primum igitur respondendo, negatur dari infinitatem realitatum in linea: nam partes lineæ ut sint infinitæ potentia, non tamen actu. Ex quo efficitur etiã ut relationes sint potentia infinitæ, non actu, neque esse in eodem modo dari infinitum potentia. At partes lineæ actuales sunt finitæ, unde & relationes in ipsis fundatæ sunt finitæ actu.

Ad 2.

Ad secundum dicitur quod quemadmodum Socrates vna albedine fundamentaliter est similis omnibus albis, ita vna similitudine formaliter est similis omni albo, vna inquam similitudine adæquate, in adæquate vero, eadem similitudine est similis singulis albis. Ex quo efficitur ut corrupto sin-

gulo quoque albo, corrumpatur etiam partialis habitudo ad ipsum, non tamen similitudo simpliciter, siquidē hæc vna erat solū. Quemadmodum etiam in patre habente decem filios, vnaque paternitate adæquate ad ipsos relato, corrupto quoque filio non corrumpitur paternitas simpliciter, ut quæ sit vna duntaxat, sed partialis respectus eiusdem paternitatis ad quemque filium.

Ad tertium dicitur, non posse Deum quælibet duo distincta realiter sic separare ut vnum sit altero non existente. Nam pater & filius realiter distinguuntur, & tamen Deus non potest citra contradictionem conseruare paternitatem sine filiatione. Quoniam vero ad positionem duorum alborum necessario necessitate absoluta sequitur similitudo, hinc fit, ut albis manentibus non possint consequentes similitudines in nihilum redigi.

Ad quartum dicitur, quod fundamentum æqualitatis singularis non est quantitas specifica, sed singularis. Cum vero dicitur illa esse æqualia, quorum quantitas est vna, id hunc habet sensum, illa sunt æqualia in quorum quolibet est quantitas non excedens quantitatem alterius: & illa sunt similia in quorum quolibet est qualitas singularis eiusdem speciei cum qualitate alterius. Hoc tamen alibi, s. d. 31. accuratius expendetur.

Ad quintum, dicitur ad maiorem, illud quod non est ab alio neque mediata, neque immediate, neque per se, neque per accidens, siue ex consequenti non esse ens, iam autem relatio est ab alio saltem per accidens, & ex consequenti. A quo est igitur ipsa relatio: est à producente, non sic tamen ut relatio sit immediata terminus productionis, aut per se terminet productionem, sed per accidens, & ex consequenti. Etenim relatio non adnascitur nullo absoluto acquisito. Nam quamuis adnascatur nullo absoluto acquisito in eo cui acquiritur, non tamen in alio: ad cuius absoluti acquisitionem, siue productionem consequitur relatio in utroque extremo. Iam vero nihil est incommodi ut aliquid agat in se ex consequenti, & non primum.

Ad 3.

Ad 4.

Ad 5.

Relatio adnascitur aliquo absoluto acquisito, si minus in eo cui acquiritur, certe in alio.

Ad

Ad 6. Ad sextum, dicitur satis esse ut scibile maneat in causis suis, aut in suo representati-
 no, ut habitudo scientiæ ad illud sit realis.
 Quinimo etsi Deus annihilaret cum cau-
 sas ipsas, tum representatiuū, maneret etiã
 scientia, maneret in quam quoad id quod
 principaliter importat, nempe qualitatem
 perficientem animum. Licet non maneret
 quoad respectum attingentiæ ad obiectum,
 saltem actualem.

Ad 7. Ad septimum negatur minor. Nam ge-
 nerato albo in occidente non acquiritur ali-
 qua relatio in albo orientali, quæ non præ-
 fuerit, sed relatio præexistens in potentia
 ad actum est traducta. Etenim dans for-
 mam aliquam largitur omnia per se conse-
 quentia illam formã si minus sub esse actua-
 li, certè sub esse potenciali: ita dans quanti-
 tatem, largitur etiam omnem æqualitatẽ,
 saltem in potentia, & dans alborem dat etiã
 omnem similitudinem, in potentia tamen,
 quæ tamen fit in actu, altero acquirente eã-
 dem specie qualitatem. Caterum formæ po-
 tentiales absolutæ traducuntur ad actum
 actione attingente illud ipsum quod conti-
 net res potentia, contra vero formæ respec-
 tivæ in actum traducuntur actione attingen-
 te aliud aliquid. Huius rei hæc est ratio.
 Nam formæ absolutæ sunt ad se: ac proinde
 ad esse actuale traducuntur actione termi-
 nata per se ad subiectum, formæ vero respec-
 tivæ sunt ad aliud, & ideo ad actum tradu-
 cuntur actione terminata ad aliud, nempe
 ad ipsum terminum. Nam ut relatio subef-
 se potenciali existens fiat actu, hoc solũ re-
 quiritur ut terminus ponatur in actu. Nulla
 igitur noua res acquiritur: sed quæ præfuit
 sub esse potenciali efficitur in actu posito ter-
 mino. Ita id quod erat propositum minimè
 obtinuit aduersarius.

Tertium disputationis caput.

Verum re-
 latio con-
 ueniens
 Deo ex tẽ-
 pore sit re-
 alis.

Quod igitur attinet ad quæstionẽ pri-
 cipalem, pro ipsius explicatione duas
 statuimus conclusiones: quarum
 hæc est prior. Relatio conueniens Deo ex

tempore nullo modo est realis. Huic con-
 clusioni grauissimi Theologi sic fidẽ faciunt.
 Ac D. Tho. 1. p. q. 13. art. 7. ita argumentatur.
 Ita relatione reali illud requiritur ut extre-
 ma sint ordinis eiusdem: at Deus & creatu-
 ra eodem ordine minimè continentur, ete-
 nim creatura ordinatur in Deum, Deus ve-
 ro ipse ad nihil ordinatur, utpote quia sit ex-
 tra ordinem vniuersitatis tanquã princeps
 causa omnium, & finis supremus omnium,
 relatio igitur Dei ad creaturam nullo mo-
 do est realis, ut interim creatura ad Deum
 realiter referatur.

Scotus argumentatur hoc pacto. Omnis
 relatio realis coexigit necessario ad suã esse,
 terminum ad quem est. Namq; relata posita
 se ponunt, sed in Deo nulla esse potest rea-
 litas coexigens ad suum esse aliquid aliud
 à Deo, igitur in Deo nulla est relatio realis
 ad aliud à se. Minoris probatio. Quidquid
 ad suum esse requirit aliud à se, illo requisi-
 to minimè existẽte, non est, igitur si in Deo
 esset aliqua realitas aliud à se requirens ad
 suum esse, illo alio non existente non esset,
 itaq; fieret ut Deus non esset aliquo alio nõ
 existente, etenim illa realitas esset idẽ quod
 Deus: hoc autem necessitati diuinæ naturæ
 magnopere repugnat. Namq; diuinæ natu-
 ræ necessitas in eo consistit ut ex se sit, usq;
 adeo ut non varietur ipsius esse quacunque
 hypothesi posita, siue possibili, siue impossi-
 bili circa aliud à se. 1. d. 30. q. 2. art. 2.

Egidius in eandem sententiam sic argu-
 mentatur. Si relatio adueniens Deo ex tẽ-
 pore esset realis, Deus mutaretur: at de sen-
 tentia non solum fidei, sed etiam omnium
 philosophorum Deus est immutabilis, nul-
 la igitur relatio Deo in tempore adueniens
 est realis. Sequela ostenditur. Quando ex
 actione agentis, & mouentis consequitur
 recens relatio, eaq; realis, tum agens ipsum,
 ac mouens necessario mutatur, fieri siquidẽ
 non potest ut aliquid in aliquo realiter in-
 sit cum prius non fuerit quin illud mutetur,
 nam mutari est aliter se habere secundum
 rem nunc atq; prius, atqui omnis relatio ad-
 ueniens Deo consequitur ipsius ad extra
 actionem,

r. conclus.
 Nulla re-
 latio con-
 ueniens
 Deo ex tẽ-
 pore est
 realis.
 Thomat.

Scotus.

Dans ali-
 quam for-
 mam, dat
 simul om-
 nia conse-
 quentia il-
 lam for-
 mã si mi-
 nus sub
 esse actua-
 li, saltem
 potẽtiali

Differẽtia
 inter for-
 mas abso-
 lutas & re-
 spectiuas
 quoad re-
 duci de
 potentia
 ad actũ.

Egidius.

Duran
 1. d. 3
 Greg
 coter
 omni
 pecc
 ad cr
 ram
 reale

actionem, igitur si huius modi relatio de nouo adueniens esset realis proculdubio Deus mutaretur. i. d. 30. q. 2.

Durandus ita argumentatur. Relatio realis temporaria, ea. s. quae perse aut per accidens consequitur suum fundamentum, realem quendam essendi modum, eumque nouum & aduentitiu declarati: quatenus enim relatio realis modum essendi realem significat, quatenus vero temporaria modum esse di declarat recentem, & aduentitiu, At huiusmodi essendi modum realem, & temporariu Deus acquirere nullo modo potest, partim quia Deus huiusce realitatis acquisitione mutaretur, partim quia quidquid realiter inest in Deo, necesse est ibi esse alioqui non esset temporarium: partim quia id officit summam diuinam naturam simplicitati, cui nihil potest adiungi: Postremo id repugnat naturae diuinam summam perfectioni, cui nihil potest accidere.

Adde, quia relatio realis terminum requirit secundum esse reale, terminum quidem requirit, quia relatio, omnis siquidem relatio necessario coexigit extremum, secundum vero esse reale, quia realis: igitur si Deus ad creaturam realiter referretur, creatura ab aeternitate extitisset secundum esse reale.

Posterior conclusio. Relatio Dei ad creaturam est relatio rationis, nempe quia pendeat ex intellectu, tam effectiue, quam obiectiue.

REFUTATIO CONCLV

Sunt qui ab utraque conclusione dissentiant, ut qui existimant relationem conuenientem Deo extempore esse realem, & nullo modo rationis: Ac priorem quidem sententiam in hunc modum ostendit Gregorius i. d. 28. q. 3. Quaecumque relatio consequitur extrema ex natura rei, sublata omni actione intellectus est realis, id quod iam ex supradictis patet, At relatio Dei ad creaturam est huiusmodi, est igitur realis. Minor ostenditur, positus Deo, & lapide in natura rerum: certum est Deum re ipsa dis-

tingui a lapide, itemque Deum esse causam effectricem lapidis, & esse dominum lapidis sumota omni actione intellectus, consequitur igitur relatio distinctionis, causa, & dominij in Deo, non minus quam relatio seruitutis, & effectus in creatura. Neque est quod dicatur Deum esse distinctum, & dominum sine distinctione, & dominio, nam cur idem non dicatur de lapide per relationem ad ipsum Deum, nulla subest causa.

Adde, quia si relatio dominij in Deo esset relatio rationis, Deus non esset realiter dominus, sed sola consideratione rationis id quod dicere aut sentire alienum est apud pietate Christiana. Sic enim fieret ut sublata consideratione rationis Deus desineret esse dominus.

Alphonsus i. d. 30. q. 2. art. 2. sic argumentatur. Relatio habens extrema realia, & fundamentum reale est realis, atque relatio Dei ad creaturam est huiusmodi, est igitur realis. Minor ostenditur. Nam Deus & creatura, quae sunt extrema talis habitudinis, sunt entia extra animum, diuina vero potentia, siue essentia, siue actio, in quibus haerelationes fundantur, sunt etiam entia realia.

Item, si, Deus esset dominus relatione rationis, Deus ab aeterno esset dominus, namque relatio rationis requirit extremum non quidem sub esse reali, sed sub esse rationis, & sub esse cognito, quomodo creatura est Deo coaeva, & coaeterna. At consequens repugnat Augustino asserenti. s. de Trinitate lib. Deum non fuisse ab aeternitate dominum, siquidem non fuerit qui Deo famularetur ab aeternitate, non est igitur relatio dominij relatio rationis in Deo, alioqui nulla esset ratio Augustini.

Postremo: Relatio rationis pendeat ab intellectu cum effectiue, tum obiectiue: at sublata omni animi cogitatione Deus vere est dominus creaturae, eiusdemque creator: conservator & gubernator, alioqui sublata creatura mentis, & cogitationis compote Deus non esset creator mundi, quod nullus diceret, relatio igitur Dei ad creaturam est realis, & nullo modo pendens ex actione rationis.

conclusio
ulla re
tio con
nens
eo ex te
ore est
alis.
homat

Durandus
i. d. 30.
q. 2.

ortu.

Alphon-
sus itide.

Coclu.
Relatio
ad cre
aturam, est
relatio ra
tionis.

diu.

Gregori
correndit
omne ref
pectu dei
ad creatu
ram esse
realem,

Esse do
minu in
Deo, non
in potent
quod esse
in natura
reum, qui
est sui
oppositi.

Posterior conclusio, hoc maxime argu-
mento refutatur. Si relatio dominij esset
relatio rationis, illud est consequens vt De-
us non sit realiter dominus, nam relatio
eomodo denominat rem subiectam quo-
modo eidem conuenit: ex quo efficitur vt
relatio rationis largiatur esse rationis ei cui
attribuitur, quemadmodum relatio realis
esse reale.

DILVTIO ARGUMENT.

Deus dici
tur domi-
nus crea-
tura non
quia ipse
referatur
ad creatu-
ram, sed
quia crea-
tura refe-
ratur ad
illum, &
ipse ter-
minat rea-
lem habi-
tudinem
creaturae
ad ipsu.

PRO argumentorum explicatione, illud
est annotandum, Deum dici dominum
creaturae ob id solum, quia creatura ad illu
realiter refertur, ipseque reale in ipsius relatio-
nem terminat. Namque relatio Dei ad crea-
turam est similis relationi mensurae ad me-
surabile, quae relatio in tertiu genus incurrit,
at mensura dicitur referri ad mensurabile,
veluti scibile ad scientiam, non quia ipsum
refertur, sed quia alteru referatur ad illud.
Igitur Deus ob id solum dicitur dominus
creaturae, quia creatura ad ipsum refertur,
ipsiusque habitudinem terminat.

Secundo notandum, vniuersam relatio-
nis tertij generis realitatem consistere in re-
alitate sui oppositi, ex quo subinde efficitur,
Deum esse realiter dominum non quidem
relatione reali aliqua, quae insit in ipso Deo,
cuiusque interuentu realiter referatur ad crea-
turam, sed ob id solum quia terminat rea-
lem relationem creaturae ad ipsum: cumque
relatio creaturae ad ipsum Deum sit tempo-
raria, sequitur vt Deus sit realiter, & de no-
uo dominus creaturae. Constat praeerea,
esse dominum relative in Deo non impor-
tare aliud esse in natura rerum, quam esse
sui oppositi.

Postremo notandum, in relationis tertij
generis eadem relatione referri vnum ex-
tremum ad alterum, quia alterum refertur
ad illud. Scibile enim nullam relationem
connotat, quae in re scibili reperiatur, sed re-
latione refertur ea, quae est in sciente.

Haec tamen sunt controuersa. Nam pri-
mum id quod supponimus, & asserimus
Deum dici dominum creaturae ob id solu

quia terminat relationem seruitutis creatu-
rae ad ipsum, esse falsum his argumentis ostē-
ditur. Esse correlatum insitum est in ratio-
ne interna termini, rei relatæ habitudinem,
& dependentiam terminantis: nam relata
dicuntur ea, quorum vis omnis, & essentia
in relatione ad aliud posita est, qua in defi-
nitione illud ad aliud pro termino accipi-
tur, quem terminum omnes Aristor. inter-
pretes correlatum interpretantur, fieri igitur
non potest vt terminans dependentiam
relatiuam, eidem relatione vicissim mini-
me respondeat.

Præerea, ad esse patrem illud non est sa-
tis vt aliquis terminet relationem filiationis,
sed in patre præerea requiritur relatio
paternitatis opposita filiationi. At non mi-
nus opponitur esse dominum huic quod est
esse seruum, quam esse patrem huic quod
est esse filium, non sufficit igitur ad esse
dominum realiter, vt Deus terminet reale
relationem seruitutis, sed requiritur præ-
erea relatio dominij in Deo opposita seruitu-
ti creaturae.

Postremo, si Deus terminat relationem
seruitutis, aut sub ratione dominij, aut sub
ratione seruitutis, non sub ratione seruitutis
ita enim fieret vt vnum & idem esset termi-
nans, & terminatum, sub ratione igitur do-
minij, inest igitur relatio dominij in Deo
opposita relationi seruitutis in creatura: ac
proinde Deus est dominus per relationem
dominij in ipso existentem, non eo solum,
quia relationem seruitutis terminat.

Deinde id quod postremo loco sumpsi-
mus, nempe in relationis tertij generis eade
relatione referri vnum extremum ad alteru
qua alterum refertur ad illud, ac proinde
Deum referri ad creaturam ea relatione,
qua creatura refertur ad illum, his argumē-
tis improbat. Relatio ibi est, vbi est rela-
tionis fundamentum, at fundamentum
relationis Dei ad creaturam inest in Deo,
namque fundamentum huius relationis est
diuina actio, quae ipsa in Deo est, relatio igitur
consequens, per quam Deus refertur ad crea-
turam, inest in Deo, non itidem in creatura.

Abolutu
no potest
termina-
re depen-
dentiam
relatiua.

De senten-
tia scoti
no est d
ratione
intrinsic
catermi
ni relati
na depen-
dentiam
termina
ti vt s
correlat
uū, im
vero ho
ei accidit

Esse do-
minu in
Deo, non
in portat
aliud esse
in natura
reru, qua
esse sui
oppositi.

Refuta-
tio nota-
bilium.

Præterea, idem esset terminus, & id quod terminatur. Nam ratio creaturæ terminatur, at eadem est terminus, nepe quia per eandem Deus terminat dependentiam creaturæ. Igitur & cetera.

Postremo, illud est consequens, ut Deus sit servus. Nam Deus refertur ad creaturam ea relatione, qua creatura refertur ad illum, At creatura refertur ad Deum relatione servitutis: & Deus igitur, ac proinde Deus est servus. Hac in controuersia in hanc modum sint adducta, superest ut hæc omnis dirimatur, & explicetur controuersia.

Scotus igitur. 1. d. 30. q. 1. art. 2. existimat non esse de ratione intrinseca termini relationem dependentiam terminantis ut sit relationem, quando quidem res absoluta possit terminare dependentiam relationem. Ac rem absolutam posse terminare dependentiam relationem, tribus argumentis Scotus vult esse persuasum.

Aut hore Aristot. 5. Metaph. inter relationes primi, & secundi generis, & relationes tertij generis hoc interest: quoniam relationes primi, & secundi generis sunt mutue, ita. s. ut quemadmodum A, refertur ad B, ita vicissim B, referatur ad A, At relationes tertij generis non sic habent, ut enim scientia referatur ad scibile, non tamen contra scibile ad scientiam refertur, at terminat relationem scientiæ, res igitur absoluta potest terminare dependentiam relationem.

Præterea, Authore Aristot. 9. Metaph. actus desinit potentiam, non contra, ex quo efficitur actum esse priorem potentia, namque omne definiens, rem, quæ definitur, antecedit. Hinc etiam conficitur substantiam esse priorem accidente, siquidem substantia in definiendo accidente adhibetur, non contra. Cum igitur actus definiat potentiam tanquam terminus relationem potentia ad ipsum terminans, sequitur ipsum ut terminum esse priorem, ut pote quia definiat, non est igitur eidem correlatiuum. Siquidem relata sint simulte, & natura, ut quæ se mutuo coexigant.

Porro terminum relationem esse rem absolutam sic ostendit Scotus. Terminus in definitione adhibetur ea, qua relatum definitur. Nam ad

aliquid sunt, quibus hoc ipsum esse est aliud se habere, qua in definitione illud aliud, iuxta omnium interpretationem, pro termino accipitur: igitur terminus relationem non est correlatiuum. Consecutio probatur: quia cum correlatiua se mutuo definiant, daretur circulus in priore, & posteriore, secundum definitionem, quod fieri non potest.

Item, in relationibus tertij generis alterum extremum ex se nullam habet relationem, sed quatenus cointelligitur alteri extremo, at nullo intellectu considerante, immo neque existente, terminat habitudinem, & relationem alterius extremi: terminat igitur ratione absoluti, minime vero ratione relationis cointellectæ.

Ita de sententia Scoti, cum pater refertur ad filium, in filio duo spectantur, & esse terminum habitudinis patris ad ipsum, & esse eidem correlatiuum: terminat ratione absoluti: est autem correlatiuum ratione relationis, cuius relationis proximum fundamentum est illud absolutum, quod ipsum etiam, qua absolutum est, est prius illa relatione. Ita fit, inquit Scotus ut circulus in definiendo minime committatur. Nam cum pater definitur per filium, illud absolutum quod est proximum fundamentum filiationis, est prius patre, quatenus pater, cum rursus filius definitur per patrem, illud quod est proximum fundamentum paternitatis est prius filiatione quatenus filiatio est. Cum igitur illa duo absoluta sint priora illis duabus relationibus, sequitur ut citra vllum in commodum vnum possit per alterum explicari. His igitur argumentis Scotus vult esse persuasum, non necessario relationem rei relata coexigere in altero extremo relationem sibi oppositam, cum possit terminari ad aliquod absolutum, quod si in tali absoluto reperitur relatio opposita, id accidit ipsi, & aduentitium est, qua est terminus relationis.

Hæc Scoti sententia multis non probatur, in quibus Caietanus in ipsam sic inuehitur. Si ratio terminandi relationem rei relata est aliquod absolutum, illud primum consequitur, ut cum in definitione relatorum dicitur, relatorum essentiam in habitudine

Caietanus
correndic
ostendere
esse de
ratione
intrinseca
termini
esse
correlati
uum ei, cui
us habitudinem
terminat.

ad aliud consistere, illud aliud acciperetur pro re absoluta, id vero esse falsum docet, & ratio, & Aristot. ipsius, atq; in interpretu doctrina. Ratione siquidem ita ostenditur. Si terminus relationis esset res absoluta, duplū non esset ad dimidium, neq; pater ad filiū neq; dominus ad seruum, cum hæc sint in relatis, id quod tamen est falsissimū. Quod vero ad Aristot. attinet, idem autor est in Categorijs, dominum non dici ad aliquid quod in seruo reperiatur, sed ad seruum sub ratione serui, id quod ex eo intelligitur, quia sublatis omnibus alijs manente vero seruitute, ad huc dominus dicitur ad seruum. De sententia igitur Aristot. nullo modo relatum est aliquid absolutum. Omnes porro Aristot. interpretes definitionem ab Aristot. traditam in Categorijs explanantes, illud aliud ad terminum relationis referunt, hoc ipsum vero indicantes, correlatiuum afferunt, non absolutum.

Præterea. Si terminus relationis esset absolutum quiddā in termino relationis duo requirerentur. s. esse illud absolutum, & esse correlatiuum, vt ex Aristot. doctrina constat, correlatiuum requiritur, vt id ad quod dicitur relatiuum, frustra ergo requiritur absolutum.

Tertio. Si res ita haberet, diuinæ personæ distinguerentur rebus absolutis, id quod tamen falsissimū est, cōsecutio ostenditur. Extremū relationē terminās re ipsa secernitur à relatiuo, nam relatio realis terminū requirit re ipsa distinctū: At diuinæ paternitatis terminus est res absoluta, quando quidē vt asseris, cuiusuis relationis terminus est res absoluta, igitur res aliqua absoluta distinguitur in diuinis à patre realiter.

Item. Si terminus relationis est res absoluta, omnia relata in tertium genus incurrūt: Nā relata tertij generis sunt ad aliquid, non quia ipsa sint ad aliud, sed quia alia ad ipsa referuntur, at si extrema omniū relationum sint absoluta, sunt ad aliquid quia aliā referuntur ad ipsa, in tertium igitur gen^o incurrūt.

Postremo, de sententia Scoti, terminus relationis quandoq; habet relationē oppositā ei, quā terminat, ita vt sit correlatiuum, vt pa-

ter in relatione patris ad filiū, id quod tamē accidit termino qua terminus est. Iam ergo ita licet argumentati. Correlatiuum ea ratione terminat, qua refertur: At non refertur per rationem absolutā, igitur neq; terminat per rationē absolutā. Hæc est Scoticæ sententiæ, & opinionis improbatio.

Ego puto omnino in ratione termini relationē terminantis esse positū vt sit correlatiuum, & nullo modo absolutū, nisi fundamentaliter. In hanc porro sententiā cū superioribus argumentis omnibus, tū hoc potissimū inducor. Si termin^o relationis esset res absoluta, relatiua non essent simul intellectū, natura, & coexistentia, cōsequens repugnat Aristot. & omnibus Peripateticis, ergo & cæt. Cōsecutio ostēditur in hunc modū. Si terminus relationē terminans est res absoluta, terminus illē est prior relatione cōsequente, prior in quam natura, at in illo priori est relatio terminata, quia posito fundamento, & termino ponitur relatio, igitur pro illo priori est relatio non habens relationē sibi cōparē: ac proinde relata nō sunt simul.

Argumenta porro Scoti haud difficile est diluere. Quoniam vero argumēti primi dilutio ex interpretatione Aristotelicę sententiæ. 5. Metaph. pendet, ea nobis sententiā diligenter expendenda, atq; excutienda est. Scotus, quemadmodum ex superioribus argumentis satis constat. Aristot. sententiā sic est interpretatus, vt ipsum non de relationibus ipsis, siue relatiuis, sed de denominatis, siue fundamentis relationū locutū esse existimauerit, quippe quia terminum relatiui omni relatione spoliauerit.

Caietanus. 1. p. q. 13. arg. 7. putauit relatiua inter se distinguere quoadmodum essendi ad aliud, vt. s. discrimen in hoc sit positum, quod relatorū quędam sint ad aliquid, quia hoc ipsum quod sunt, aliorum sint, quędā vero alia, non quia hoc ipsum quod sint, aliorū sint, sed quia alia sūt ad illa: veluti sensibile aut scibile, non enim sensibile est ipsius sensus, aut scibile est ipsius scientiæ sed sensibile illud dicitur, cuius est sensus, quemadmodum scibile cuius est scientia.

Omnino terminus relationis est correlatiuum, siue relatione inherente siue coinlecta. Relatiue quidē in herente, vt in relatione primij, & secundij generis, relatione vere coinlecta vt in relatione tertij generis.

Diluuntur Scoti argumenta. Ad 1.

scotus.

Caietanus.

Obijci contra potest. Hæc Aristot. sententia videtur continere repugnantiam. Nam esse ad aliquid, & nō esse ad aliquid pugnat inter se at Arist. ait relata tertij generis esse ad aliquid, & non esse ad aliquid, dicit igitur pugnantia. Minor quoad priorē partē ex eo patet, quia Arist. relata tertij generis in ijs numeravit quæ perse referuntur. Posterior vero pars minoris hinc ostenditur. A quocunq; remouetur definitio, remouetur etiā id quod definitione aperitur; At Aristot. à relatis tertij generis remouit definitionem eorum, quæ sunt ad aliquid, quippe qui, aperte, dicat eorum esse non in eo consistere vt sint ad aliud, sed in eo potius, vt alia sint ad illa: censuit igitur ea non esse aliquid.

Respondet Caietanus non ponere Aristot. discrimen inter hæc tria genera, quoadmodum essendi ad aliud simpliciter, sed quoadmodum essendi ad aliud reale, quippe cū Metaphysico propositum sit reales essendi modos explicare. Sunt igitur illa tria genera perse ad aliquid, eaq; realia, diuerso tamē modo. Nam relata primi, & secundi generis sunt ad aliquid realiter, quia ipsorum esse in natura rerum est ad aliud se habere. At relata tertij generis sunt ad aliquid realiter, non quia ipsorum esse in natura rerū sit ad aliud se habere, sed quia alia realia sint ad illa.

Ita hoc peculiariter sibi vendicat tertium genus relatiuorum, quia vnum extremum est realiter ad aliquid, quia alterum reale affectum est ad illud. Hinc collige perse relatorum quædam esse entia realia denominatione interna, eo scilicet quia ipsa in rerum natura sunt ad aliquid, quædam vero denominatione externa, hoc est, per realitatem aliorum, quia scilicet alia realia dicuntur ad illa, non remouet igitur Aristot. definitionem eorum, quæ sunt ad aliquid à relatiuis tertij generis, quoad esse ad aliquid, quandoquidem ipsa formaliter hoc ipsum quod sunt, aliorum sunt, sed docet illa non esse relatiua realia, quia aliorū sunt, sed quia alia realia sunt ad illa.

Hæc Caietani expositio non videtur ad

Arist. tum verba, tum sensum accomodata. Non congruit cum verbis Arist. quoniam nulla ibi fit mentio realitatis relatiuorum, quamuis illud supponatur. Siquidem Metaphysicus de rebus differat. Abhorret vero ab Arist. sensu, quoniā Arist. aperte discrimē ponit inter illa tria genera quoadmodum esse ad aliquid, vt. s. duo priora ad aliud referantur, non quia ad illa alia referantur, sed quia ipsa ad alia referuntur. Postremū vero genus contra habet, ipsum enim est ad aliquid, quia alterum est ad illud.

Capreolus. 1. d. 30. q. 1. existimat discrimē ab Arist. traditum in eo esse positum, quoniam in relatiuis primi, & secundi generis ratio formalis terminandi est relatio siue rei, siue rationis, at in relatiuis tertij generis nō item, sed in ipsis absolutum ratione ab soluti terminat. Huius porro discriminis hæc esse causam censet, quoniā in relatiuis primi, & secundi generis oportet in extremo relationem terminante adhibere relationē, siquidem ea, quæ in relatiuo, in extremo etiā relationis causa reperitur. At in extremo relatiui tertij generis non oportet relationem adhibere, si quidem non ea quæ in relatiuo, in termino quoq; relationis causa cōspiciatur. Nunquā tamen extremū relationis relationē terminaret, nisi ei cōueniret aliqua relatio rei, vel rationis.

Ferrariensis. 2. Gent. cap. 11. ad hibendam putat distinctionē. Nā dici aliquid relatiue ad aliud duobus modis contingit, vno modo terminatiue, quia scilicet terminat relationem alterius à se, altero modo causaliter siue fundamentaliter proxime, quia scilicet ex eo, quia relationē terminat, habet quod possit inteligi cum opposita relatione ei quā terminat. Vtroq; igitur modo putat esse accipiendam philosophi sententiā. Nā aliquid relatiue dici ratione alterius ad ipsum, potest duobus modis intelligi, vel terminatiue realiter, quia. s. realē alterius ad se relationem terminat, vel causaliter, siue fundamentaliter proxime, quia scilicet habet in se, ex eo quia relationē terminat, vnde possit cōcipi cū opposita relatione ei quam terminat,

Exposi-
tio au-
thoris.

Quamuis hæc explanationes non sint in-
erudita, Arist. tamen sententiã longe
aliter, idq; ad Aristot. sensum accomoda-
tius explanãdam existimo. Dicimus igitur
Aristot. verbis illis velle docere duo esse re-
latorum genera. Sunt enim quæ relatiuè di-
cuntur ob id solum quia referuntur. Id quod
tum contingit, quando oppositorũ vtrunq;
quid quid est illius esse dicitur ad quod op-
positionem habet, cuius modi sunt relata
primi et secundi generis. Sunt alia, quæ re-
latiue dicuntur ob id solum, quia rela-
tionem terminant, cuiusmodi sunt re-
lata tertij generis, veluti iudicantiã, & iudi-
cata. Ideo enim sensibile aliquid dicitur,
quia ipsius est sensus, ideo scibile, quia ipsi-
us est scientia. Non tamen extremũ alte-
rum est absolutum, sed relatiuum, denomi-
natione tamen externa, scilicet propter re-
lationem alterius ad ipsum. Ita fit vt duo
sint genera relatorum, quãdam enim sunt
relata denominatione intrinseca, hoc est,
propter relationem, quæ est in ipsis cum re-
aliter, tum formaliter, quãdam vero alia
sunt relatiua denominatione externa id est
propter relatione alterius ad ipsum, quem-
admodum paries dicitur visus non quia vi-
sio insit in ipso, sed quia visionem se viden-
tis terminat. Hæc est Alexandri Aphrodi-
zei in cõmentario huius contextus explana-
tio, vel certe si eius non est, mea est.

Ad 2. Ad secundum arg. Scoticum negatur
Minor. Namq; Aristot. loquitur eo loco de
potentia, & actu quoad transcendentales
eorum rationes, quibus efficitur vt vnum
sit natura prius altero, actus siquidem natu-
ra prior est potentiã, id quod ex eo intelligi-
tur, quia actus & est, & intelligitur citra po-
tentiam. Argumẽto est actus primus, & pu-
rissimus qui est Deus.

Ad 3. Ad tertium negatur antecedens. Namq;
relatiuum non definitur per terminum, sed
ad terminum, sed esto, negatur consecutio,
vt enim id verum sit in ijs, quæ inter se ha-
bent ordinem, tum siquidem diffiniens pri-
us est eo quod definitur, non tamen, in ijs, in
quibus nullus ordo reperitur, cuius modi

sunt relata, vt docet Aristot in Post. prædi-
camentis cap. de simul: ac proinde relata
se mutuo definiunt.

Ad quartum respondetur aliquid dici re-
latiue dupliciter, vno modo formaliter, alte-
ro modo realiter, in relatiuis igitur tertij ge-
neris illud extremum quod se habet vt iudi-
catam, siue vt mensura est relatiuum forma-
liter actione intellectus, s. per relationem
cointellectam, cuius cointellectionis causa
in eo posita est, quia terminat relationem
alterius, quemadmodum annotauit Ferrari-
ensis, est tamen illud relatiuum realiter nul-
lo intellectu considerante sola realitate op-
positæ relationis.

Ita argumenta Scoti sunt emniã dissolu-
ta, quamuis eius opinio hoc maxime prætex-
tu possit vindicari, vt dicatur in relationi-
bus transcendentalibus relationem termi-
nari ad absolutũ, in relationibus vero prædi-
camentibus, cuiusmodi sunt relationes pri-
mi, & secundi generis, non item.

Reliquum est vt accomodate ad senten-
tiam Diui Thomæ, quam Scoticæ antefere-
dam putamus, primum illud argumentum
principale ex quo omnis hæc de termino
relationis disputatio profluxit, dissoluam-
us. Respondet igitur Caietanus ad maiore
propositionem omnino contendens, corre-
latiuum esse de ratione intrinseca termini:
id q; vel denominatione intrinseca, hoc est,
per relationem realem, quæ formaliter est
in ipso, vel denominatione extrinseca, per
relatione scilicet alterius ad ipsum, & hoc
modo scibile est correlatiuum scientiæ.

Capreolus respondet esse de ratione ter-
mini vt sit correlatiuum, vel intrinsece, &
formaliter, vt in relatiuis primi, & secundi
generis, vel concomitanter, & consequenter,
vt in relatiuis tertij generis. Etenim de sen-
tentia Capreoli prius natura relatio scientiæ
terminatur ad scibile, & extali terminatio-
ne consequitur respectus quidam rationis,
ita fit vt absolutũ realiter terminet relatione

Ferrariensis adhibedã putat distinctione
nã terminus relationis duobus modis pot
spectari, vno modo quatenus est illud,

Ad 4.

In relati-
onibus
prædica-
mentibus
est de ra-
tione in-
trinseca
termini,
fit corre-
latiũ, in
transcen-
dentalibus
non item
Et hæc est
opinio
quãdam
media in-
ter sco-
tũ, & D.
Thom.

sõluitur
argumen-
tum pri-
mũ, indu-
ctum cõ-
tra pri-
mũ nota-
bile & va-
rie expo-
nitur, il-
lud quod
sumitur,
nempe
quod esse
correlati-
uum fit
de ratio-
ne termi-
iuxta va-
rias sen-
tentias
Thomif-
tarum.
Caietani
Capreol.
Ferrariẽ

Termin-
relatiõ
pot sp
ctari v
sub rat
ne term
nantis
latione
vel su
tione d
finient
relatiu

Op
auth
cuius
tio iã
pra e
sita e

ad

Terminatio potest spectari vel sub ratione terminantis relationem vel subtractione definitis relatiuum.

ad quod dicitur relatiuum, altero modo prout accipitur ab intellectu per modum termini definitis relatiuum. Priori modo non est de ratione termini relationem terminantis, ut habeat relationem inhaerentem, cum possit terminare ratione absoluti: id quod contingit quando in vno extremo est relatio realis, in altero vero rationis. Id vero ostenditur hoc pacto. Relatio rationis nulla est intellectu non considerante, at scibile relationem realem scientiae terminat nullo intellectu considerante, igitur terminat ratione alicuius absoluti solum, & non interuentu relationis, siue realis, siue rationis. Caeterum posteriori modo, omnino est de ratione termini, in quocunque genere relationum, opposita relatio, nempe cum nihil possit intelligi sub ratione termini relatiuum definitis, nisi intelligatur cum ordine ad illud. Ac sub hoc sensu putat esse accipiendam Diui Thomae sententiam illam. r. d. 3. artic. 3. item 2. contra Gentes cap. ii. quae ita habet. Non potest intelligi aliquid relatiue dici ad alterum, nisi ipsum sub opposita habitudine intelligatur. Id vero intelligendum putat Ferrariensis si relationis terminus accipiatur per modum termini definitis relatiuum, cum autem alibi docet Diuus Thomas, Deum dici relatiue ad creaturam, quia creatura refertur ad ipsum, explanandum id putat, vel terminatiue, vel causaliter, siue fundamentaliter proximè. Nam ex eo quod Deus terminat relationem creaturae habet, quod concipitur sub opposita relatione.

Opinio auctoris cuius ratio iam supra exposita est.

Ego in ea omnino sum sententia, ut existimem terminum relationis, qua relationem terminat, esse relatiuum, vel formaliter, & realiter, quemadmodum res habet in termino relationis primi, & secundi generis, vel causaliter, siue fundamentaliter proxime, ut res habet in termino relationis ad tertium genus pertinentis. Nam ex eo quod actu terminat alterius relationem habet quod possit concipi in ordine ad ipsum relatiuum: & haecenus dici potest ipsius relatiuum, siue correlatiuum.

Iam caetera argumenta diluamus contra ea, quae praenotauimus inducta. Ad secundum negatur consecutio. Namque pater & filius sunt relatiua secundi generis, in quorum extremis requiritur realiter, & formaliter relatio. At relatio Dei ad creaturam, & contra, est relatio tertij generis, in cuius extremo non necessario requiritur relatio formaliter, & realiter sed satis est ut sit relatiuum, vel dicatur relatiue terminatiue, aut fundamentaliter proximè. Deus enim est dominus realiter sola realitate subiectionis creaturae ad ipsum, formaliter vero per relationem cointellectam.

Ad tertium dicitur, terminare habitudinem relatiuam duobus modis contingere, vno modo formaliter, altero modo realiter. Deus igitur terminat formaliter relationem seruitutis sub ratione dominij cointellecta, realiter vero sub relatione seruitutis. Ex quo iam illud intelligitur, Deum esse dominum cum formaliter, tum realiter, formaliter quidem a relatione dominij cointellecta, realiter vero per realitatem oppositae subiectionis qua terminat. Ex qua reali terminatione seruitutis consequitur ut Deus sit dominus formaliter per relationem cointellectam, quemadmodum supra docuimus de sententia Diui Thomae.

Ad quartum respondetur, aliquid dici relatiue dupliciter vno modo formaliter, & realiter, altero modo terminatiue. Illud igitur quod relatiue dicitur formaliter, & realiter dicitur tale per relationem ibi inhaerentem vbi est suum fundamentum. At quod relatiue dicitur terminatiue, dicitur relatiue relatione inhaerente in opposito extremo. Deus vero dicitur ad creaturam realiter sola terminatione oppositae relationis realis, ac proinde relatio per quam ad creaturam refertur inest in creatura.

Ad quintum respondetur, rationem formalem terminandi relationem seruitutis creaturae ad ipsum Deum positam esse in relatione dominij cointellecta. Caeterum ratio terminandi realiter est relatio subiectionis realis, siue subiectio realis creaturae. Na esse dñm, nullum

Ad 2.
Nota, quod Deus est dominus creaturae, & realiter & formaliter, realiter quidem quia terminat relationem reale creaturae ad ipsum, formaliter vero per relationem cointellectam.

Ad 3.

Ex eo quod terminat relationem, sequitur ut concipitur sub opposita relatione ac proinde est ei correlatiuum causaliter, siue fundamentaliter proximè.

Ad 4.

Ad 5.

aliud reale esse ponit in Deo, quam esse realem terminum realis subiectionis, siue relationis subiectionis creaturæ ad ipsū Deū. Hoc siquidem sufficit vt Deus sit dominus realiter, ex quo tamen consequitur vt sit dominus formaliter per relationē cointellectā.

Ad 6. Ad sextum negatur consecutio. Nā Deus refertur ad creaturam relatione seruitutis, non quidem formaliter, & denominatione intrinseca, sed terminatiuè duntaxat, & extrinsece: & hætenus est dominus. Nāq; esse dominum in Deo nullum esse in rerū natura ponit, nisi esse sui oppositi. Hoc loco est magnopere notandum, seruitutem aliā denominationem tribuere subiecto in quo inest formaliter, & fundamentaliter, & aliam termino ad quem terminatur. Nam subiecto tribuit formalem appellationem seruitutis, termino vero appellationem dominij largitur. Quemadmodum etiam visio denominat oculū sub ratione videntis, colorem vero sub ratione rei visæ. Ex quo iam illud intelligitur formam non eodē modo denominare fundamentū, & terminū, illud etiam hinc colligitur, Deum dici posse seruū terminatiuè: hæc tamen locutio est valde impropria. At hæc prænotasse, & circa prænotata dubitasse sufficiat, iam argumēta diluamus, quibus assertiones nostras refutauimus.

Ad 1. Ad primū igitur dicitur sumnota actione intellectus Deū esse verè, & realiter causam effectricē creaturæ, & dominum creaturæ, non relatione aliqua reali, quæ inest in Deo, sed quia terminat habitudinem realem creaturæ, ex qua tamen relatione consequitur relatio causæ, & dominij formaliter, idq; per apprehensionem intellectus.

Ad 2. Ad secundum respondetur, esse dominū spectari duobus modis, vno modo secundū esse proprium, altero modo secundum esse alienum, idest, secundum esse sui oppositi. Priori modo relatio dominij in Deo est ens rationis, quandoquidem nullū habeat proprium esse nisi per relationem apprehendentem Deum sub ratione termini. Posteriore vero modo est ens reale, realitate oppositæ

seruitutis. Ex quo fit vt Deus sit dominus formaliter, & realiter, formaliter quidē per relationem cointellectam, realiter vero per relationem realem, quam terminat. Namq; in reatiuis tertij generis tota realitas vnus extremi alteri, hoc est, realitati sui oppositi accepta refertur.

Ad tertium respōdetur, non sufficere duo illa ad realitatem, relationum: sed illud ad sit præterea oportet vt illa relatio habēs extrema realia, & fundamentū reale, non conueniat illi prout se habet obiectiuè ad intellectum: iam vero relatio Dei ad creaturā, quamuis habeat extrema realia, & fundamentum in re, conuenit tamen Deo prout se habet obiectiuè ad intellectum, hoc est prout concipitur sub ratione termini terminantis habitudinem creaturæ.

Ad quartum dicitur, Deum esse dominū formaliter relatione rationis, quæ tamen conuenit Deo ex tempore, tum quia ipsius fundamentum est temporariū quoad illud quod cōnotat, scilicet terminationē ad creaturam, tum quia illa relatio cōsequitur ex eo quia Deus apprehenditur sub ratione termini terminantis dependētiam creaturæ, quæ dependentia creaturæ ad Deū temporaria est.

Ad quintum respondetur, sublata actione intellectus Deū esse verè ac realiter dominum creaturæ, non quidē relatione aliqua dominij reali, quæ inest in Deo, sed terminatiuè duntaxat: quia scilicet terminat habitudinem realem creaturæ ad ipsum. Ita fit vt terminatio dominij in Deo, formaliter quidem sit à relatione dominij cointellecta, realiter vero à realitate opposita seruitutis, vti iam docuimus: ac hinc patet responsio ad argumentū contra 2. conclusionē.

¶ Controuersia de subiecto realis relationis temporarie.

CAETERUM qui relationem temporariā Dei ad creaturam realem esse existimant de subiecto illius relationis non eodem modo sentiūt. Quibusdā enim visum est illam relationem inesse in Deo, alijs in creatura, alijs vero neque in Deo, neque

Nota, qd in reatiuis tertij generis tota realitas vnus extremi, est realitas, siue est ex realitate sui oppositi.

Ad 3.

Ad 4.

Ad 5.

Deus terminatiuè dici potest seruū, sed hæc locutio est impropria.

Diluuntur argumenta contra duas conclusiones principales: ac primū contra priorem.

Alfonso d. 30. q.

neque in creatura, sed obiectiuè duntaxat in intellectu.

Qui putant illam relationè inesse in Deo subiectiuè diuiduntur. Nam alijs placet illū respectum Deo ab aeternitate conuenire, sed sub esse potenciali, non actuali, sub esse quidem potenciali, quoniā Deus ex omni aeternitate fuit creatiuus, & causatiuus: at creatiuum, & causatiuum refertur ad creabile & causabile, igitur ab aeternitate Deus referebatur ad creabile, & causabile. Sub esse vero actuali minimè, quoniam Deus in tempore est actu creans & causans, idq; realiter in tempore, igitur actu refertur ad creaturas.

His alij obijciunt. Quidquid primum sub esse potenciali fuit, deinde actu ponitur, affert nouam perfectionem essendi ei, cui acquiritur, at Deo noua perfectio essendi afferri, & adiungi minimè potest, vt qui sit actus purus, & ens in se perfectissimum, & absolutissimum: qua enim est actus purus omnem potentialitatem excludit: qua vero est ens completissimū, nullo modo est ens in tempore complebile posita creatura, igitur, etc. ¶ Præterea, relatio illa realis sub esse actuali in Deo, vel re ipsa à Deo distinguitur, vel non distinguitur, si distinguitur, in Deum igitur cadit compositio, vt qui constituitur ex duabus realitatibus distinctis, sin vero non distinguitur, sed est idē quod Deus, contra, nulla relatio, cuius per se terminus potest non esse, est idem quod Deus, quandoquidē Deus est summè necesse esse, at cuiuslibet relationis Dei ad creaturam terminus potest non esse, igitur nulla talis relatio est realiter Deus.

Alijs visum est illam relationem realiter esse in Deo, ex tempore tamen, & non ab aeternitate. Putant enim isti realitates prædicamentorum esse diuersarum rationum. Sunt enim quædam quæ perficiūt subiecta per modum formæ inhærentis, & informantis, cuiusmodi sunt accidētia absoluta, quædam vero alia non per modum formæ inhærentis, & perficientis. Ex quo fit subinde vt illæ realitates non possint rebus subiectis accedere, nisi allata illis mutatione, hæc ve-

ro possint. Aiunt igitur illud prius realitatis genus non posse Deo de nouo aduenire, vt quod & mutationem, & compositionē afferat rei cui aduenit, hoc vero posterius posse nempe quia aduentu suo, & accessu neque compositionem efficiat, neq; mutationem. Cum igitur dicitur à theologis Deo nihil accidere, neq; de nouo aduenire, id sic accipiendum putant, per modum formæ inhærentis, & rem subiectam informantis, siue perficientis. Præterea cū dicitur. Quidquid est in Deo realiter esse ipsum Deum, id verum est omnino si Deo conueniat per modum formæ inhærentis, & perficientis. Secus si idem conueniat per modum formæ non inhærentis, sed cuius esse totum in habitu dine ad aliud consistit.

Hæc tamen sententia falsa est, partim, quia negat relationes inhærentes, id quod repugnat naturæ accidentis, etenim accidētis esse, est inesse, iam autem relatio, quoad id quod est, aliquid ponit in subiecto, tametsi formaliter habitudinem ad aliud importet, partim, quia diuinas relationes assistentes ponit duntaxat, non inhærentes, & intrinsecus conuenientes: id quod tamen falsum esse alibi docebimus. Hæc sententia refertur ab Alfonso Toletano l. d. 30. q. 1.

Alij negant relationem illam temporariam realem esse in Deo, in creatura tamen esse cōfirmant. Inter quos tamen de re proposita minimè cōuenit. Nam Thomas Anglicus, vt refert Alfonsus loco superiori, putauit in creatura inesse duas relationes reales, ac vnius interuentu referri Deū ad creaturam, alterius vero interuentu creaturā in Deum referri, id vero hoc argumento persuasum esse voluit. Aliqua est relatio Dei ad creaturam, eaq; realis, at illa relatio esse nō potest formaliter in Deo, alioqui aliquis essendi modus recens Deo adueniret, id quod citra mutationem, & compositionem fieri non potest, insit igitur oportet in creatura, atqui illa relatio esse non potest eadem ei, qua creatura ad eum refertur, est igitur ab ea diuersa, ac proinde Deus refertur ad creaturam relatione reali distincta ab ea, qua creatu-

Nulla realitas absoluta potest Deo de nouo accedere, bene tamen respectiua, illa enim perficit subiectū dando ei esse, hæc vero non item, sed eius esse rotum est ad aliud.

Improbatio opinionis.

Thomas Anglicus.

creatura ad ipsum refertur. Ac non esse hanc relationem eandem ei, qua creatura ad illum refertur, hinc intelligi volunt, quia primum sequeretur ut idem terminaretur, & esset ratio terminandi dependentiam. Nam relatio creaturae ad Deum terminatur, & quoniam per eandem Deus terminat habitudinem, esset ratio terminandi. Deinde illud esset consequens, ut idem opponeretur sibi ipsi. Nam subiectum relationis, quatenus subest relationi habet oppositionem relatiuam ad terminum prout subest relationi, at de tua sententia sub eadem relatione, & relatiuum refertur, & terminus eandem relationem terminat: quandoquidem qua relatione creatura refertur ad Deum, eadem Deus refertur ad creaturam, igitur idem opponitur sibi ipsi.

Postremo, illud consequitur ut Deus sit productus. Nam ubi inuenitur eadem relatio, ibi quoque eadem reperitur ratio referendi, at per eandem relationem Deus refertur ad creaturam, per quam creatura refertur ad Deum, & creatura refertur ut producta, sequitur igitur ut Deus quoque referatur ut productus.

Præterea, quæ forma, & specie differunt, fieri non potest ut sint unum & idem numero, at relatio dominij, & relatio seruitutis specie differunt, fieri igitur non potest, ut sint unum, & idem numero, atqui Deus refertur ad creaturam per relationem dominij, creatura vero refertur ad Deum per relationem seruitutis, igitur relatio qua Deus refertur ad creaturam non est eadem ei, qua creatura refertur ad Deum.

Huic tamen sententiæ illud obijci potest, quia impossibile est omnino duas relationes sibi mutuo oppositas in eodem subiecto primo fundari. Neque enim fieri potest paternitatem filio oppositam in eodem subiecto primo reperiri, alioqui idem sibi opponeretur, igitur relatio terminans habitudinem creaturae, & relatio terminata ut in eodem numero subiecto conueniant, fieri non potest.

Alij putauerunt Deum referri realiter ad creaturam, non sic tamen ut illa relatio insit in Deo, sed in creatura, indistincta tamen à relatione creaturae. Existimant siquidem

Deum referri realiter ad creaturam eadem relatione, qua creatura refertur ad ipsum. Hæc est Alfonsi Toletani sententia. i. d. 30. quaest. 3. quam eandem hoc argumento confirmat. Deus refertur realiter ad creaturam, aliqua igitur relatione reali refertur: non relatione reali, quæ insit in Deo, igitur relatione reali, quæ insit in creatura, at non alia relatione, quæ ea, qua creatura refertur ad ipsum, igitur Deus refertur ad creaturam relatione, quæ insit in creatura indistincta ab ea, qua creatura ad ipsum refertur.

Hæc Alfonsi sententia, quod attinet ad illam particulam, nempe quod eadem relatione Deus refertur ad creaturam, qua creatura ad ipsum refertur, refutatur superioribus Thomæ Anglici rationibus, quibus tamen illud solum efficitur, non posse Deum formaliter, & denominatione formali ad creaturam referri ea relatione qua creatura ad ipsum refertur, ut possit interim referri terminatiue, & externa denominatione. Namque relatorum duo esse genera cum Aristot. 5. Metaphys. statuimus: sunt enim quedam relatiua formaliter, & denominatione interna, quedam vero alia terminatiue solum, & denominatione externa, cuiusmodi sunt relatiua tertij generis, & transcendentia.

Cæterum si Alfonsus putat Deum referri ad creaturam relatione ea, qua creatura ad ipsum refertur, referri inquam realiter, & formaliter, hallucinatur omnino, falsaque est hæc eius opinio, & ad ipsam refutandam superiora omnia argumenta plurimum valent: sin vero referri existimat terminatiue solum, & denominatione extrinseca, verum dicit, estque ea sententia D. Thomæ. i. p. q. 13. articul. 7. quam supra explicandam, & defendendam suscepimus.

Alijs visum est, relationem Dei ad creaturam esse realem illam quidem, non tamen inesse in aliquo, Deo videlicet, aut creatura subiectiue, sed in animo duntaxat obiectiue. Putant enim relationem Dei ad creaturam habere fundamentum in re, quæ admodum vniuersalia, conuenire tamen Deo prout se habet obiectiue ad intellectum.

Improbatio opinionis.

Deus refertur ad creaturam eadem relatione, qua creatura refertur ad illum, non quidem intrinseca & formali denominatione, sed extrinseca terminatiue duntaxat.

Aliorum opinio.

Nulla res
habet ad se
ipsam
relatiuam
habitudinem
terminandi
dependentiam
Nam relatio
creaturæ ad
Deum terminatur
& quoniam
per eandem
Deus terminat
habitudinem
esset ratio
terminandi
Deinde illud
esset consequens
ut idem
opponeretur
sibi ipsi
Nam subiectum
relationis
quatenus
subest
relationi
habet
oppositionem
relatiuam
ad terminum
prout subest
relationi
at de tua
sententia
sub eadem
relatione
& relatiuum
refertur
& terminus
eandem
relationem
terminat
quandoquidem
qua relatione
creatura
refertur
ad Deum
eadem
Deus
refertur
ad creaturam
igitur idem
opponitur
sibi ipsi

Improbatio
opinionis

Thomæ
Anglicæ

Improbatio
opinionis

Alfonsus
Toletanus

D I S T I N C T I O

X X X I .

¶ Resolutio distinctionis trigessimae primae.

Trigesima prima distinctione agitur de rebus quae communiter et aeternaliter de diuinis personis dicuntur, ut similis, et aequalis.

Est ergo huius distinctionis haec prima conclusio. Simile et aequale etsi de formali importent relationem, fundamentaliter autem significant diuinam essentiae unitatem. Dicuntur enim diuinae personae inter se aequales, et sibi inuicem similes propter summam simplicitatem essentiae, et unitatem.

Secunda conclusio. Propria personarum assignans Hilarius 2. de Trin. cap. 3. patri attribuit aeternitatem, Filio speciem, spiritui vero sancto usum. Attribuitur patri aeternitas iuxta explanationem Augustini 6. de Trin. cap. 10. quia pater nullum habet a quo sit, unde aeternitas idem valet quod innascibilitas. Species vero attribuitur filio, quia filius imago patris est, perfecte exprimens eum cuius imago est. Spiritui vero sancto attribuitur usus, quia patris et filij quidam complexus est summa cum fruitione, et delectatione, quae fructio et delectatio dicitur usus.

Tertia conclusio. Augustinus assignans propria personarum 1. de doctrina christiana, patri attribuit unitatem, filio aequalitatem, spiritui vero sancto ipsius unitatis, aequalitatisque concordiam. Patri attribuitur unitas, quia neque habet a quo sit, et filium genuerit unum secum deum. Filio

vero attribuitur aequalitas, quia genitus est a patre aequalis gignenti. Spiritui vero sancto attribuitur concordia, quia spiritus sanctus amor est quo pater filium diligit, et filius patrem, utrumque connectens, atque coniungens.

Quarta conclusio. Etsi pater, filius, et spiritus sanctus sint unum, et unus Deus propter unitatem essentiae et deitatis, non tamen sunt unus, propter distinctionem personarum. Ita labe factatur error Arrii et Sabellij, quorum ille quidem unitatem essentiae sustulit, hic vero personarum distinctionem.

Q V A E S T I O .

V N I C A .

Sit ne aequalitas in diuinis relatio realis, an rationis.

DE proposita ad explicandum quaestione, tres extant eruditorum hominum sententiae. Doctissimus Scotus omnino existimat relationem aequalitatis in diuinis esse relationem realem, estque in hanc sententiam his potissimum argumentis adductus, primum sic argumentatur. In relatione reali tria potissimum requiruntur, fundamentum reale, distinctio realis extremorum, & quod denique illa relatio contineatur extremis contra omnem intellectus actionem, haec autem tria reperiuntur in diuina aequalitate, est igitur aequalitas diuina relatio realis. Minor ostenditur. Personae diuinae, quae dicuntur aequales, & reales sunt, & re ipsa distinguuntur: fundamentum aequalitatis est etiam aliquid reale nempe essentia. Postremo cessante omni actione intellectus filius est aequalis patri, aliqua proinde aequalitate aequalis. Cum igitur illa tria in diuina aequalitate reperiuntur, sequitur diuinam aequalitatem esse relationem realem.

Secun-

DISTINCTIONIS XXXI.

Secundo sic argumētatur. Diuina æqualitas est perfectissima, est igitur realis relatio. Antecedens ostenditur, ubi reperitur perfecta ratio fundandi æqualitatem ibi reperitur perfecta æqualitas: atqui in diuinis reperitur perfecta ratio fundandi æqualitatem, est igitur in diuinis perfecta æqualitas. Minor ostenditur. Fundamentum æqualitatis est vnitas quantitatis distinctorum extremorum, illa siquidem dicuntur æqualia, quæ vnā & eandem habent quantitatem, igitur super quantitate vna simpliciter, cuiusmodi est vna numero quantitas verior, ac perfectior æqualitas fundatur, quam super quantitate vna secundum quid, cuiusmodi est vna specie quantitas, at in diuinis est vna numero quantitas vtriusq; extremi quanti, nempe quia vtriusq; sit vna numero essentia, relinquatur igitur in diuinis perfectam cerni rationem fundandi æqualitatem, ac proinde perfectam ibi reperiri æqualitatem. Accedit ad confirmationem, quia si vnitas numeralis fundamenti obstatet realitati relationum, certe relationes originis in diuinis minime essent reales, vt quæ in diuina essentia omnino indistincta omnes fundentur.

Tertio ita argumentatur. Aequalitas in diuinis est perfectio simpliciter, & conuenit filio ex vi productionis, est igitur relatio realis. Cōsecutio inde patet, quia omnis perfectio simpliciter est ens reale. Scotus. 1. d. 30. q. 1.

Alfonso Alfonso Toletanus. 1. d. 28. q. 2. ad eandem conclusionem ita argumentatur. Relatio diuinæ æqualitatis consequitur extrema ex natura rei, citra actionem intellectus comparantis vnum extremum cum altero. Etenim æqualitas diuina ortum habet ex vnitate essentia distinctorum extremorum, quæ vnitas essentia realis est. Interest tamē plurimum inter Alfonso, & Scotum, quoniam Scotus, & Scoti studiosi relationem æqualitatis diuinæ non solum realem esse putauerunt, verum etiam verissime, & propriissime æqualitatem: vt quæ fundatur in vna numero quantitate. At Alfonso vt

putet relationem æqualitatis esse realem, non tamen existimat diuinam æqualitatem esse proprie æqualitatem, sed identitatem potius, quæ latius, & improprie dicitur æqualitas, Ac non esse vere & proprie æqualitatem, hinc persuasum esse volunt: quoniam proprie æqualitas est habitudo vnus quantitatis ad aliam, at in diuinis non est alia, & alia quantitas, sed vna numero vtriusq; extremi quanti, non est igitur in diuinis vere, & proprie æqualitas. Esse porro verius identitatem in hunc modum ostendunt. Relatio fundata in essentia vnitate est relatio identitatis, at magnitudo & virtus in diuinis sunt ipsamet essentia diuina quæ fundat identitatem, relinquatur ergo relationem æqualitatis fundatam in magnitudine diuina esse relationem identitatis. Hac eadem ratione efficitur non esse in diuinis vere ac proprie similitudinem.

Ceterum D. Thomas in diuersa est sententia, vt qui existimet relationem æqualitatis in diuinis esse relationem rationis solum, id vero hoc argumento ostendit. In relatione reali duo potissimum requiruntur, & quod fundamentum re ipsa distinguatur sub vtroq; extremo, & quod illa relatio non fundetur super alteram relationem. At hæc in relatione diuinæ æqualitatis desiderantur, non est igitur relatio æqualitatis in diuinis realis. Minor ostenditur. In diuinis est aliud nihil, quam essentia, in qua diuinæ personæ sunt vnum, & relationes, quibus inter se diuinæ personæ distinguuntur, vtrunq; vero æqualitas in conceptu suo includit, i. essentia vnitatem, hactenus enim diuinæ personæ dicuntur æquales, quatenus sunt vnum essentia, & relationes distinguentes personas, siquidem nihil sibi ipsi proprie est æquale, at idem ad se ipsum non refertur relatione reali, neq; vna relatio super alteram fundatur, sequitur igitur æqualitatem diuinam non esse aliquam relationem realem distinctam à relationibus personalibus: sed quædam esse appellationem relatiuam, qua diuinæ personæ formaliter dicuntur æquales.

In eandem sententiam alij sic argumentantur

Thom.
d. 31. q.
Egidio
d. 31. q.

Durand
1. 5. d.
q. 1.

D. Thom.
1. P. q. 41
ar. 1. ad 4

Thom. 1. d. 31. q. 1. Egidij. 1. d. 31. q. 1. tantur. Quantitas, & qualitas in diuinis transeunt in substantiam, igitur relationes æqualitatis, & similitudinis similiter transeunt in relationem identitatis, quæ fundatur in substantia, sed identitas est relatio rationis, igitur æqualitas, & similitudo in diuinis est relatio rationis.

Alij sic argumentantur. Eiusdem ad se ipsum est relatio rationis, at relatio identitatis, æqualitatis, & similitudinis in diuinis est relatio eiusdem ad se ipsum, nempe quia in relatione diuinæ æqualitatis eadem numero magnitudo bis sumatur, sequitur igitur relationem diuinæ æqualitatis esse relationem rationis.

Durandus tamen etsi a conclusione D. Thomæ, & Egidij minime dissentiat, de fundamento tamen conclusionis ab utroq; dissentit. Nā quod ad D. Thomam attinet, si in relatione reali requireretur realis distinctio fundamenti, illud esset consequens vt nullæ essent in diuinis relationes reales, quando quidem fundamentum omnium diuinarum relationum est diuina essentia, quæ eadem & indiuisa in diuinis personis reperitur.

Porro Egidij fundamentum ita repellit, vt neget æqualitatem, & similitudinem in diuinis transire in identitatem, quæ est relatio rationis, nempe quia in tali relatione idem extremum bis accipiatur, sitq; proinde aliud ratione duntaxat, attamen relatio identitatis vnus rei ad alteram rem, non est relatio rationis, cum alioqui extrema sūt realia, & fundamentum reale. Cum igitur in diuinis multa supposita eandem numero essentiam obtineant, siue accipiatur illa vna substantia sub ratione substantiæ, siue qualitatis, siue quantitatis, cum alioqui adsint extrema realia realiter distincta, & fundamentum reale, efficitur vt relatio sit realis.

Quocirca Durandus eiusdem probandæ conclusionis rationem hanc aptiorem esse existimat. In relatione reali illud omnino requiritur vt extrema realia ex natura sui fundamenti semutuo coexigant, at diuina personæ se mutuo ex natura fundamen-

ti diuinæ æqualitatis minime coexigunt, non referuntur igitur ad se mutuo relatione æqualitatis realiter. Minor ostenditur. Fundamentum diuinæ æqualitatis est diuina essentia quatenus est vna distinctorum extremorum, at diuina essentia quatenus vna non illud necessario requirit, vt sit in multis personis, id quod tamē requirit quatenus secūda, ex secūditate siquidē diuinæ nature profectū est, vt diuina essentia in multis personis reperitur, quarū secūda est a prima, tertia ab vtraq;. Hinc igitur effectū est, vt relationes originis in diuinis sint reales, vt pote quarum extrema semutuo coexigant ex natura sui fundamenti, relationes vero æqualitatis, & similitudinis nō item: vt pote quarum extrema ex natura sui fundamenti se se minime coexigant.

Extat tertia de æqualitate diuinarū personarum opinio attributa Aureolo. Ei siquidem visum est, æqualitatem in diuinis nullam prorsus relationem importare, neq; realem, neq; rationis, sed significare vnitatem quādam, siue indistinctionem absolutam magnitudinis virtualis, & qualitatis essentialis. Est. n. duplex rei indistinctio, vna rei in se, cuius interuentu res quæq; est vna, altera rerum inter se, quæ eadē in qualitatibus conformitas, in quantitativis vero cōmensuratio dicitur, illa absoluta est, hæc relativa.

Ita ergo ita argumentatur Aureolus. Æqualitas relative sumpta est cōmensuratio vnus quantitatis cum altera, hoc siquidem est esse æquale relative, vnam quantitatem esse alteri cōmensuratam: At huiusmodi cōmensuratio in diuinis personis quantis minime reperitur, non igitur æqualitas diuina dicit respectū. Minor ostenditur. Diuinas personas esse inter se æquales æqualitate relativa, est aliud nihil, quā magnitudinē, prout est in vna psona, esse cōmensuratam sibi ipsi, prout est in altera persona, nempe cū in diuinis personis sit eadē numero quantitas, & magnitudo, at sibi ipsi nihil cōmensuratur, neq; secundum rem, neq; secundum rationem, sequitur igitur in diuinis non esse cōmensurationem quantitatis

Aureolus apud Alfonso.

titatis cum quantitate, ac proinde aequalitatem in diuinis non dicere vnitatem respectiuiam, sed absolutam, vt .s. diuinas personas esse aequales nihil sit aliud, quã diuinas personas in distinctam, & indiuisam magnitudinem habere. Hac à Theologis nostris de diuina aequalitate accepimus. Porro Thomæ & Scoti sententiã, etsi inter se repugnantes minime improbamus. Aureoli vero sententiam tanquam improbabilem explodendam existimamus. Resiquũ est vt argumenta diluamus, quibus vtraq; contradictionis pars a suis est authoribus confirmata.

DILVTIO ARGUMENT.

Scoti contra D Thomam.

A Diuo igitur Thoma stantes, primum Scoti argumentum sic diluimus, vt dicamus, illud præterea requiri in relatione reali, vt extrema realia re ipsa distinguantur, quatenus sunt extrema talis habitudinis: sic autem non distinguuntur extrema terminantia relationem aequalitatis in diuinis. Namq; diuinæ personæ terminant hanc habitudinem prout sunt quantæ, sic autem diuinæ personæ realiter non distinguuntur, sed sunt vnum re penitus, nempe quia sunt quantæ interuentu essentia, quæ vna, & indistincta est in tribus personis. Ex quo efficitur vt relatio aequalitatis in diuinis nõ sit realis, sed rationis.

Illud præterea quod Scotus adiungit, cessante actione intellectus filium esse æquale patri, illud inquam nõ abnuimus, negamus tamen id quod effectum inde esse voluit, filium esse æqualem aequalitate reali, siue aequalitate, quæ est relatio realis. Nam ex aequalitate fundamentali non licet colligere aequalitatem formaliter, esse relationem realem. Iam autem sublata actione intellectus, filius in diuinis est æqualis patri aequalitate fundamentali, non tamen formali, illa realis est, hæc rationis.

Ad secundũ negatur Minor, ppositio posterioris discursus, ad pbationẽ vero minoris negatur cõsecutio. Nã fundamētũ aequalitatis realis est vnitas, quæ est in distinctio vni

us quãtitatis ab altera, huiusmodi autem distinctio non habet locum in diuinis, quãdo quidem ibi non sit alia, & alia quantitas, sed vna omnino quantitas. Quod vero ad confirmationem attinet, negatur consecutio, quandoquidem fundamentum relationũ originis est essentia prout reperitur in multis realiter distinctis, ac proinde cum ex natura fundamenti extrema realia sese mutuo co exigant, efficitur vt relationes originis sint relationes reales. Adde, quia cum vnitate essentia simul conspirat distinctio originem dantis, & originem accipientis, non tamen alia & alia quantitas: ac proinde relationes originis, quantumuis essentia sit vna sunt reales, relationes vero aequalitatis, non item. Postremo relationes originis in diuinis serunt secum non solũ fundamenta, sed etiam supposita, nempe quia supposita diuina eisdẽ cõstituãtur, & ideo sunt reales. At relationes aequalitatis & similitudinis supponunt non solum fundamenta, verum etiam supposita: ac proinde non sunt reales, sed supponunt relationem realem subsistentium relationum.

Ad tertium quoad priorem partem respondetur, aequalitatem formaliter sumptã non esse perfectionem simpliciter, vt quæ sit forma imperfectionem coexigens, nempe rerum absolutarum numeralem distinctionem. Non enim aequalitas, nisi inter distincta reperitur. Caterum fundamentaliter sumpta est perfectio simpliciter, vt quæ sit ipsa Dei essentia. Quod vero ad posteriorem partem attinet, dicimus aequalitatem fundamentaliter sumptã haberi ex vi generationis, formaliter vero non item, nisi quoad illud vnde sumitur appellatio relativa, & esse ens rationis.

DILVTIO ARGUMENT.

D, Thomæ, Egidij & Durandi.
pro Scoto.

PRO Scoto vero contra Thomam. Durandus, & Egidium facile respondetur. Ad D. Thomæ argumentum diluitur negato fundamento. Neq; enim in relatione reali illud

Vtraq; opinio probabilis est, tã ea quæ assuetudine, & similitudine in diuinis esse relationes reales, quã eam quæ contra affirmat.

Ad vtrũ Scoti quædam innotet

sublata actione intellectus filius est æqualis patri fundamentali, non formaliter.

Ad 2

Ad cõfirmationẽ

Diluitur argumentũ Egidij

Ad 3.

Ad argumentũ aliorum

Diluitur argumentũ Augustini

Diluitur pro Scoto argumentũ D. Thomæ.

Vna persona cõmuni

illud necessario requiritur, vt fundamentū distinguatur sub vtroq; extremo, alioqui relationes originis in diuinis non essent reales, vt pote quarum fundamentum nempe essentia fecunda nō distinguatur sub vtroq; extremo. Negatur etiam Minor propositio, Nempe idem ad se ipsum non refertur relatione reali, siquidem vt verum sit in rebus creatis, quandoquidem in illa comparatione, idem extremum bis accipitur, falsum est tamen in Deo, partim quia fundamentum reale est, partim quia extrema, quae eandem numero magnitudinem habent, realia sunt, & realiter distincta.

Diluitur argumētū Egidij

Ad argumentum Egedij respondetur relationem identitatis in rebus creatis esse relationem rationis. Namq; omnis relatio identitatis in creatis rebus aut est relatio identitatis eiusdem ad seipsum: aut vnus rei ad alteram rem, quae vtraq; relatio rationis est, illa quidem, quoniam in illa comparatione accipitur idem extremum bis: haec vero quoniam fundatur in vnitae essentiae non numerali, sed specifica, quae formaliter est vnitae rationis, non realis. Caterum fundamentum identitatis personae diuinae ad personam est reale, est siquidem vna numero essentia in personis diuinis, ac proinde relatio identitatis personae ad personam est realis. Adde, quia extrema sunt realia, & realiter distinguuntur.

Ad argumētum aliorum.

Ad argumentum vero aliorum respondetur, quod quamuis sub vtroq; extremo sit eadem numero magnitudo, res tamen subiectae ipsi magnitudini distinguuntur, ac proinde quemadmodum vna persona nō est eadem alteri per intellectum: sic neq; aequalis alteri, sed re ipsa.

Diluitur argumētū Aureo li.

Hinc iam potest intelligi explicatio argumenti, quo Aur. sententiam suam confirmauit. Dicimus enim personas diuinas esse aequales, quia quantitas vnus est commensurata quantitati alterius. Cum vero contra obijcitur, nihil commensuratur sibi ipsi, iam vero sub vtroq; extremo eadem numero quantitas accipitur. Dicimus aequalitatem diuinam in suo conceptu include-

Vna persona est cōmensurata

re non solum essentiae vnitatem, quae fundat aequalitatem: verum etiam relationes distinguentes personas, quia vero extrema, quae dicuntur aequalia, re ipsa distinguuntur, ideo dici post vnā personam esse commensuratam alteri in quantitate.

rata alteri in quātitate, licet quātitas vnus nō sit cōmensurata quātitati alterius.

Dubitatio.

Si dubites, vtrum ne aequalitas in diuinis sit aliquid positiuū an priuatiuum potius, facile respondetur aequalitē quoad id quod formaliter declarat, esse positiuum quiddam. Etenim formaliter habitudinē siue relationem significat, siue realem, siue rationis, iam vero omnis relatio cum directo ad praedicamentum attineat, & non per reductionem, est quiddam positiuum. Namq; negationes & priuationes eo referuntur, quod affirmationes, & habitus. Ceterum si fundamentum spectes, partim positiuum quiddam est, partim priuatiuum, positiuū quidem, si rem quae fundat aequalitatem expendas, est ea siquidem quātitas siue magnitudo: priuatiuum vero, si rationem consideres formalem sub qua quātitas fundat aequalitatem. Etenim quantitas non simpliciter, sed quatenus vna fundat aequalitatem, cumq; ratio vnus sit priuatiua, efficiuntur vt aequalitas, & aequale dicantur priuatiue. Hanc formalem rationem fundamenti spectasse videtur Aristot. cum dixit x, Metaph. aequale oppini magno, & paruo priuauer.

Aequalitas, quo ad id quod formaliter importat est quiddam positiuum, secus quo ad rationem fundandi.

DISTINCTIO

XXXII.

Resolutio distinctionis trigesima secunda.

Magister hac distinctione mouet difficile, & humanum captum superantem questionem, cuius mouenda causam praeiuit id quod superiore distinctione dictū est, nempe quod spiritus sanctus sit amor quo pater & filius se diligunt.

Ex

Ex quo subinde colligiuntur, quod pater & filius diligunt se spiritu sancto, siue per spiritum sanctum. Quam eandem propositionem ponit formaliter & expresse Diuus Augustinus sexto de Trin. cap. 5. ut refert Mag. cap. 2. & cap. 8. huius distinctionis. Ceterum illam propositionem esse falsam colligit Magister ex altera sibi cōsimili, nempe quod pater sit sapiens sapientia quam genuit, quae eandem non putat Augustinus esse recipiendam. Nam si in Deo idem est esse quod sapere, si pater sapiens est sapientia quam genuit, sequitur quod pater sit a filio, id quod fieri non potest nisi ipsum eundem patrem gignendo, aut faciendo, sed neq̄ genitorem, neq̄ conditorem patris ipsum filium dicere quis, nisi mente captus, potest. Ad eundem etiam modum, quemadmodum idem est Deo sapere quod esse, ita etiam idem est Deo diligere quod esse, ac proinde quemadmodū negatur pater esse sapiens sapientia quam genuit, ita videtur non debere concedi, quod pater & filius diligant se amore procedente ab utroque, qui spiritus sanctus est. Sic enim eueniret ut pater, & filius essent a spiritu sancto.

Pro responsione ponit Magister quatuor propositiones cap. ultimo huius distinctionis. Prima propositio. Hae quaestio est inexplicabilis & captum humani intellectus multum superans.

2. Propositio, pro certo habendum est, non sic patrem & filium se diligere spiritu sancto, quasi a spiritu sancto sit pater, aut filius.

3. Propositio. Esto pater, & filius diligant se spiritu sancto, non tamen solo amore procedente se diligunt, sed etiam amore

essentiali, siue dilectione qua uterq̄ est.

4. Propositio. Hanc quaestionem lectorū iudicio plenius excutiendam relinquimus potius, quam nostro iudicio explicandam suscipimus.

Subinde Magister mouet alterā quaestionem, nempe utrum filius sit sapiens sapientia genita, an ingenita? Quaestio explicatur nonnullis propositionibus. Prima propositio, una est sapientia patris, & filij, quemadmodum & una essentia.

2. Propositio. Filius est sapientia genita, & pater sapientia ingenita.

3. Propositio sapientia genita est de sapientia ingenita, siue a sapientia ingenita, nam si sapiētem esse in deo idem est quod esse, filius autem est a patre ingenito, igitur sapientia genita est a sapientia ingenita.

4. Propositio. Cum apostolus dicat. 1. cor. 1. Christum dei & patris esse sapientiam, id non sic accipiendum putamus, quasi si pater sit sapiens filio, alioqui pater esset a filio, sed filius dicitur sapientia patris, quia est sapiens de sapientia qua est pater, a quo est genitus filius, pater autem ipse est sapiens ea, qua ipse est, sua sapientia, quemadmodum etiam est intelligens ea, qua ipse est, sua intelligentia.

5. Propositio. Licet pater sit sapientia ingenita, & filius sapientia genita, non tamen alia sapientia est pater, & alia filius, sed una, & eadem, quemadmodum licet pater sit Deus ingenitus, & filius Deus genitus, non tamen alius Deus est pater, & alius Deus est filius, sed unus Deus uterq̄.

6. Propositio. Alia est sapientia ingenita, & alia sapientia genita, non tamen est alia sapientia, sed una & eadem sapientia.

Postre

Postremo querit Magister, anne filius sit sapiens se ipso, aut perse ipsum? Questio nem explicat duabus propositionibus, pri or est huiusmodi. Filius est sapiens se ipso, hoc est, sua natura, & essentia, quemad modum perse Deus est, & perse agit.

2. Propositio. Filius non est sapiens a se ipso, neq; de se ipso, sed a patre, a quo habet omnia, quemadmodum etiam neq; Deus est a se, vel de se, sed a patre. Ex quo in telligi potest, dici posse filium esse sapientem sapientia ingenita, non formaliter, sic enim est sapiens sua essentia, sed causaliter, id est, a sapientia ingenita habet quod sit sapiens.

✠ Q V A E S T I O . ✠
V N I C A .

¶ *V*rumpater, & filius diligant se spiritu sancto,



Quod attinet ad quaesti onem propositam tria sunt nobis exponenda. Principio docendum est, unde nam ortum ha buerit haec quaestio, de inde omnis est eius difficultas explicanda. Postremo aperiendum, quaenam sit aptissi ma huius quaestiois explicatio. Quod igitur ad primum caput attinet, haec quaestio ortum habuit ex verbis diui Augustinis. 6. de Trinit libro, quo loco ita ait. Manifestum est, quod aliquis duorum est, quo uterq; co iungitur, quo genitus a gignente diligitur, genitorq; suum diligit, quibus verbis aper te declarat Augustinus, Patrem, & filium se diligere spiritu sancto, nempe qui solus in diuinis non sit aliquis duorum. Aiunt enim sanctissimi, & eruditissimi patres, spiritum sanctum esse amore, & comunionem filij, & patris, quibus verbis datur intelligi, patrem, & filium, se se spiritu sancto diligere.

Quod vero ad secundum caput attinet. Magister existimat hanc quaestionem esse explicatu difficillimam, ac huius quaestio nis explicandae difficultas ex duplici capi te ortum habet, & quod si pater, & filius se se spiritu sancto diligere, Pater, & filius essent a spiritu sancto: quemadmodum enim sapere & intelligere in Deo idem est, quod esse, ita etiam & diligere, quare si pater, & filius diligunt se se spiritu sancto, efficitur profecto ut sint spiritu sancto, & quod di uis Augustinus hanc locutionem, Pater est sapiens sapientia genita, emendandam sibi ac corrigendam existimauerit, ob id. s. quia cum sapere in Deo idem sit omnino quod esse, si pater saperet filio, quem genuit, esset quoq; a sapientia, quam genuit. Quare cum haec propositio, pater, & filius diligunt se spi ritu sancto, sit illi propositioni similis, sequi tur in illa fuisse emendatam, & ut vulgo di citur, retractatam. Haec duo efficiunt illam quaestionem explicatu difficilem.

Iam quod ad tertium caput attinet, cum Magister hanc quaestionem minime expli cauerit, sed explicandam alijs reliquerit; multi in eius explicationem incubuerunt: ac proinde varia extant quaestiois expli cationes a viris doctissimis tradite. Quibus dam igitur visum est, omnino hanc locutio nem esse falsam, quonia ille ablativus con structionem habet causalem, iam vero spiri tus sanctus nullam omnino, aliquo genere causae, causalitatem habet in patrem, & fili um. Adde, quia illud locutionis genus est a diuo Augustino retractatum.

Sunt, qui hanc sententiam minus probent. Tum quia diuis Augustinus propositiones retractare non aliter, quam in propria for ma, consueuerit: at nullibi legimus diuum Augustinum illam propositionem formali ter retractasse, tum quia si haec propositio est falsa, Pater diligit se spiritu sancto, haec eidem similis esset falsa, pater dicit se ver bo, quam tamen sancti patres recipiunt.

Egidius. r. d. 33. q. 1. Alij putauerunt ablatiuum illum non ha bere constructionem causalem, sed signifi-

Questio. . . cap.

Magister difficul tate expo nit quaes tionis.

Tertium caput quaestio nis.

Huius propositio nis, pater & filius diligunt se spiritu sancto, varia ex plicatio nes referuntur. Prima ex plicatio.

Egidius im. p. bar. Secunda explica tio.

quaestio nis cap. primum.

catuam, ut scilicet illius propositionis hæc sit sententia, pater & filius diligunt se, cuius mutua dilectionis signum est spiritus sanctus, nam cum spiritus sanctus procedat a patre, & filio per modum voluntatis, sequitur ut mutui inter patrem, & filium amoris signum, illudque clarissimum, sit spiritus sanctus. Hanc sententiam nonnulli ascribunt Simoni Tornacensi: cui tamen illud obijci contra potest, quia si sub illo sensu illa propositio esset vera, illa etiam propositio, pater est sapiens sapientia genita, sub eodem sensu vera esset, Nam pater filium genuit, qui summa est sapientia, ex qua omnis creata sapientia proficiscitur, ex quo fit ut filius sit expressum paternæ sapientiæ signum: illa tamen propositio à viris doctis, & orthodoxis minime recipitur. Adde, etiam inquit Egidius, quia sub eodem sensu hæc etiam propositio veniret concedenda, pater, & filius diligunt se creatura, quandoquidē creatura ipsa a more esse in Deo declarat. Nihil enim aliud Deum ad res ipsas procreandas impulit, quam amor.

Simon Tornacensis.

Improbatio explicitio.

Tertia explicatio.

Improbatio.

Alijs visum est, illam dicendi formam veram illam quidem esse, impropriam tamen, ac proinde illam sic exponendam esse sent, Pater & filius diligunt se amore essentiali, qui alioqui spiritui sancto attribuitur. Huic tamen sententiæ illud obijcitur, quia alioqui sub eodem sensu hæc etiam propositio foret concedenda, Pater est sapiens sapientia genita, hoc est, pater est sapiens sapientia essentiali, quæ attribuitur filio, at diuus Augustinus illam locutionem ceu a fide alienam omnino reiiciendam censuit.

Explicatio. 4. Præpositiui.

Sunt qui putauerint, illud ablatiuum in hac locutione si se exponendum adiuncta propositione, per, ut sit sensus, pater & filius diligunt se per spiritum sanctum. Quo loco illa præpositio, per, subauthoritatem, ut aiunt, declarat, estque proinde illius locutionis hæc sententia. Spiritus sanctus diligit

patrem, & filium, quod ipsum tamen habet a patre, & filio. Quemadmodum cum dici mus patrem spirare spiritum sanctum per filium, significamus, filium spirare spiritum sanctum, & hoc ipsum consequi filium à patre. Non tamen vere dicitur patrem esse sapientem sapientia genita, quoniam præpositio, per, iuncta verbis transitivis, siue adiectivis significat subauthoritatem, adiuncta vero, verbo substantiuo auctoritatem declarat. Hæc est sententia Præpositiui.

Obijcit Egidius, Illa præpositio, per, habitudinem principij declarat, at spiritus sanctus nullam prorsus habet rationem principij, respectu patris, & filij, non videtur igitur illa propositio sub illo sensu concedenda. Neque est quod aliquis obijciat hanc propositionem, pater operatur per filium, quæ tamen conceditur ut quæ in sacris literis contineatur. Dicitur enim Ioan. 1. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Nam non est par in utraq; propositione ratio. Nam quavis filius respectu patris nullam prorsus vim causæ, & principij obtineat, eandem tamen obtinet respectu creaturæ, estque proinde illius propositionis hic sensus. Filius operatur in creaturam, quod ipsum habet à patre. Iam vero in hac propositione, pater & filius diligunt se spiritu sancto, non explicatur illud in quod vim causæ obtinet spiritus sanctus.

Egidius improbat.

Alijs visum est illud ablatiuum constructionem habere causalem, ut scilicet declararet habitudinem causæ formalis, sitque proinde illi propositioni hæc, subiecta sententia, spiritus sanctus est amor quo formaliter pater & filius se diligunt. Nam cum spiritus sanctus procedat ut amor patris ad filium, & contra, amor autem est id, quo formaliter diligentes se diligunt, efficitur ut spiritus sanctus sit amor, quo pater, & filius sese formaliter diligunt. Hæc vero sententia hoc maxime argumento refutatur, quoniam

Explicatio. 5. Anselmi.

Improbatio.

Explicatio 6. unis.

Diligentia in diuina accipitur essentialiter, & rationaliter.

Effectus quæ in actione includitur, formaliter nominatio coniungunt ipsa quæcus, me.

quoniam forma causalitatem habet in id, cuius est forma: iam vero spiritus sanctus nullam profus in patrem, & filium causalitatem habet. Ita non videtur recipienda Antisidorensis explicatio.

Explicatio 6. g. unis.

Sunt qui existimauerint ablatiuum in illa locutione constructionem habere formalem, non sic quidem vt habitudinem declaret causae formalis, sed effectus formalis, vt videlicet illa propositio hanc sententiam contineat, pater est author, & origo illius dilectionis, qua filius diligitur, est autem illa spiritus sanctus.

Hac est interpretatio Hugonis a sancto victore, quam eadem posteriores theologi non comprobauerunt modo, verum etiam explicauerunt, quamuis non eodem modo explicauerint. De eo tamen inter omnes conuenit, vt dicant ablatiuum illud construui in habitudine eius, quod est de principio vt. s. illius propositionis sit sensus, pater, & filius diligendo se spirant, ac produunt spiritum sanctum. Quo vero magis hac sententia explanetur, illud est notandum, diligere in diuinis accipi duobus modis, vno modo essentialiter, altero notionaliter. Diligere essentialiter est habere dilectionem absolute, id quod commune est cum tribus personis. Diligere vero notionaliter est proferre amorem, siue diligendo amorem producere id quod in patre solum, & filio reperitur.

Diligere in diuinis accipitur & essentialiter, & notionaliter.

Namque diuina dilectio vt in patre & filio connotat expressionem, siue productionem, quam non connotat vt in spiritu sancto.

Illud est praeterea notandum, esse aliqua effecta, ex quibus ipsum agens denominari potest, vnde & formalia dicuntur, quia scilicet denominationem agenti largiuntur, sunt autem illa omnia, quae in actione includuntur, ita. s. vt actio ipsa rem effectam siue emanantem ab actione declaret: Verbi causa, florere non solum significat actionem, verum etiam ad significat, & dat intelligi rem productam, nempe florem, & ideo arbor ex tali effectu denominari potest, dicique potest, arbor floret floribus, non quia flos sit

Effecta quae in actione includuntur, formalia denominationem largiuntur ipsi agenti quae secus, minus.

forma arboris, sed sit effectus ex arbore procedens. Sunt alia effecta ex quibus ipsum agens minime denominatur, id quod contingit cum in actione non includitur productum, quocirca inepte dicitur, arbor profert florem, flore.

Subijciuntur ergo duae conclusiones ad explicationem questionis propositae attinentes. Si diligere accipiatur essentialiter illa locutio falsa est, pater et filius diligunt se spiritu sancto. Nam diligere essentialiter est idem quod esse, at haec locutio falsa est, pater est spiritu sancto, igitur & illa, pater & filius diligunt se spiritu sancto, si diligere accipiatur essentialiter.

Concl. 1.

Posterior conclusio. Si diligere accipiatur notionaliter illa locutio est vera. Etenim diligere notionaliter est aliud nihil quam amorem proferre, quemadmodum dicere est proferre verbum, & florere proferre florem, igitur verum sunt etiam haec locutiones, pater se, & alia dicit verbo, pater & filius diligunt se, & omnia spiritu sancto. Haec sententia probata est diuo Thomae. 1. p. q. 32. art. 2. quae eandem & nos ipsi comprobamus.

Conclu. 2.

Pater & filius diligunt se spiritu sancto, id est se diligendo produunt spiritum sanctum.

REFUTATIO CONCLUSIONUM.

Sunt tamen, qui ab eadem conclusione, siue sententia dissentiant. Imprimis Durandus contra sentit, immo existimat illam locutionem esse veram, si accipiatur diligere essentialiter, secus vero si accipiatur notionaliter. Ac prius illud ita ostendit. Pater, & filius diligunt se amore essentiali, at amor essentialis attribuitur spiritui sancto, igitur diligunt se spiritu sancto, hoc est diligunt se amore essentiali, qui attribuitur spiritui sancto. Ac sub hoc sensu hanc etiam locutionem recipiendam putat Durandus. Pater est sapiens filio, id est pater est sapiens sapientia essentiali, quae alio qui attribuitur filio. Ita de sententia Durandi haec propositiones verae sunt secundum appropriationem, at secundum veritatem locutionis omnino falsae.

Improbatio vtriusque conclusionis. Durandus.

Posterius vero illud in hunc modum ostendit. Si hæc propositio pater, & filius diligunt se spiritu sancto est vera, capiendū diligere notionaliter, hæc etiam propositio esset vera, accipiendū itidem diligere notionaliter, pater diligit filium, at hæc omnino falsa est, siquidem nullus actus notionalis egreditur a patre in filium nisi generatio, igitur & illa altera falsa est, cuius hæc est consequens, sequela ostenditur. Nam quod dicitur de aliquo adiuncta determinatione, hoc ipsum de eodem dicitur sublata eadem determinatione, si modo determinatio illa non sit diminuens, iam si sumendo diligere notionaliter, hæc est vera, pater, & filius diligunt se spiritu sancto, cum spiritu sancto non sit determinatio distrahens, sequitur ut detracta tali determinatione hæc sit vera notionaliter, pater diligit filium.

Accedit, inquit Scotus, quia nullus actus notionalis reflectitur supra personam aqua est, neque cadit super id, quod per talem actum minime producitur. Nam actus notionalis est actus productivus, isque determinatus ad unum, quo efficitur, ut neque actus notionalis supra personam redeat, aqua proficiscitur, cum nihil seipsum generet ut sit, auctore Augustino, neque in aliud transeat, nisi in id, ad quod producendum est determinatus: At cum dicitur patrem se, & filium & creaturam notionaliter diligere spiritu sancto, actus notionalis reflectitur supra patrem, a quo est, & cadit supra filium, & creaturam, quæ per talem actum minime producuntur, sumendo igitur diligere notionaliter, hæc propositiones sunt omnino falsæ: Pater diligit se spiritu sancto, pater diligit filium spiritu sancto, pater diligit se, & filium spiritu sancto.

Illud etiam venit in dubium, diligere accipi duobus modis, essentialiter videlicet, & notionaliter. Nam quemadmodum intelligere operationem intellectus, ita diligere operationem declarat voluntatis, at intelligere nunquam sumitur notionaliter, igitur neque ipsum diligere. Minor ostenditur. Actus notionalis in divinis est actus na-

turæ divina prout est fecunda, hanc porro fecunditatem divina natura non habet prout est intelligens, aut volens, imo vero utrumque intellectum scilicet & volitionem fecunditas antecedit, igitur nullus actus intellectus, aut voluntatis est notionalis, sed potius a persona proficiscitur per actum notionalis constituta: qui omnino naturalis est.

Illud præterea falsum videtur quod sumitur, nempe efficiens posse denominari ex effectu, qui in actione inclusus continetur. Nam ita fieret ut hæc propositio esset vera, ædificator ædificat ædificio, quando quidem ædificium in verbo ædificationis includatur. Similiter etiam hæc locutiones essent veræ, generans generat genito, Spirans spirat spirato, quæ tamen falsæ sunt.

Accedit, quia in constructione transitiva nunquam effectus construitur cum ablativo: at diligere habet constructionem transitivam, igitur id in quod transit, nunquam ponitur in ablativo. Maior ex eo intelligitur, quoniam actio intransitiva includit productum non solum ut ab ipso egrediens, verum etiam ut in ipso existens, actio vero transitiva includit productum ut ab ipso egrediens solum, & non ut in ipso manens, ex quo efficitur ut agens actione intransitiva possit ex effectu procedente formaliter denominari, agens vero actione transitiva, non item.

Aureolus tamen exemplum illud floritionis reprehendit, tum quia florere non est florem proferre: sed habere in se florem, quemadmodum calere non est calorem immittere, sed calorem in se habere, tum quia exemplum illud non est ad rem propositam accomodatum. Nam in presenti sermo est de termino actionis in ablativo respectu verbi activi, cuiusmodi est diligere, iam autem ablativus in verbo neutro absoluto, cuiusmodi est florere, non construitur ut terminus actionis, cum verbum neutrum absolutum constructionem habeat intransitivam.

His

Concl.

Coch.

Scotus.

Prioris notabilis improbatio.

Posterio- ris nota- bilis im- probatio

Aureolus

sensu positi- nis in scotu

Ad mū di pr Thor

Ad 2

Ad not liu ger

sensus p-
positio-
nis iuxta
scotum.

His argumentis Scotus adductus existimat in illa locutione pater, & filius diligunt se spiritu sancto, diligere accipi neque pure notionaliter, neque pure essentialiter, sed partim notionaliter, & partim essentialiter, ut scilicet illius propositionis sit hic sensus, pater & filius producunt spiritum sanctum qui appropriate est amor omnis amabilis, quemadmodum cum dicitur pater dicit se, & creaturam verbo, illud significatur, patrem intelligendo exprimere verbum: quod ipsum appropriate est noticia declaratiua, & manifestatiua omnis manifestabilis. Hæc Scoti expositio clara est, & aperta. Pro Thoma tamen respondetur ad ea quæ contra sunt obiecta.

DILUTIO ARGVMENTORVM.

Ad primū Durandi pro D. Thom.

Ad primum igitur Durandi argumentum respondetur negata consecutione. Nam spiritus sanctus non est amor essentialis, sed personalis: quemadmodum verbum non est sapientia essentialis, sed genita, & personalis. Cum igitur pater non sit verbo, & spiritu sancto, efficitur ut neque intelligat verbo, nec diligat spiritu sancto. Porro expositio Durandi extranea est, neque congruit cum illius locutionis forma. Notandum, amore essentialem in diuinis dicere habitudinem amantis ad rem amatam, quemadmodum intelligere habitudinem solum declarat intelligentis ad rem intellectam. Amor vero personalis contra dicit habitudinem rei, quæ procedit per modum amoris, ad suum principium, estque amor procedens.

Ad 2. & 3.

Ad secundum Durandi, & tertium ex Scoto respondetur, duo esse genera actionum notionalium. Sunt enim quidam actus notionales qui solum dicunt habitudinem ad rem, quæ tali actione producitur, ut generare, & spirare. Sunt alij qui non solum declarant habitudinem ad rem productam, verum etiam aliquid aliud, idque secundo: & quadam consecutione, quæ relatio est ens rationis, ut dicere, & diligere. Nam dicere significat verbum proferre, quod ipsum verbum signi-

Actuum notionalium duo genera.

ficat, & declarat patrem, & omnem creaturam creatam, & creabilem. Eodem etiam modo diligere significat amorem producere, qui ipse importat habitudinem ad rem dilectam. Namque spiritus sanctus procedit ut amor primæ bonitatis, quæ est ratio diligendi se, & omnem creaturam.

Ad argumentum igitur respondetur, actum notionalis prioris generis neque supra personam, ex qua proficiscitur reflecti, neque competere, siue cadere in id, quod per tale actum minime constituitur. Actum tamen notionalis posterioris generis cum reflecti dicimus, tum in id etiam transire, quod per talem actum minime producitur, ceterum ille transitus non est realis, sed notionalis. Nam omnis habitudo Dei ad creaturam est habitudo rationis. Est autem illa habitudo diligentis ad rem dilectam, manifestantis ad rem manifestatam. Obijci tamen contra potest vehementissime. Quamuis actus huiusmodi notionalis connotet aliquem respectum rationis: semper tamen dicit realem productionem, igitur actus rationalis notionaliter acceptus semper importat habitudinem realem producentis ad productum: ac proinde in constructione transitiva nunquam constructitur, nisi cum re, quæ per talem actum producitur. Dicimus actum notionalis primo & perse in id transire solum, quod producitur per talem actum. Secundario tamen in id etiam tendere, quod minime per talem actum producitur. Cum ergo dicit, Pater dicit creaturam, huius locutionis hic est sensus, pater intelligendo proferit verbum, quo manifestatur creatura. Ad eundem modum cum dicitur, pater diligit se & creaturam, sumendo diligere notionaliter, hoc significatur. Pater diligendo se, & creaturam producit spiritum sanctum.

Obiectio

Actus notionalis essentialis aliquid connotans interuentu connotati, potest transire in aliud, quod per tale actum minime produci potest, & reflecti.

Hinc iam intelligitur omnem actum notionalis, qui essentialis aliquid connotat posse esse reflexiuum: postquam in aliquid aliud transire, idque interuentu illius connotati.

Ad quartum negatur Minor. Ac ea de re satis multa dicta a nobis sunt sexta

Ad 4:

distinctione huius libri primi.

Ad 5.

Duo sunt genera verborum in quibus includitur productum.

Ad quintum respondetur, duo esse genera verborum in quibus includitur productum.

Quaedam sunt in quibus persona agens habet rationem siue habitudinem producētis non solum respectu effectus inclusi, verum etiā respectu cuiuscumq; alterius in quod transeunt. Sunt alia in quibus persona agens illam habitudinem solum habet respectu effectus inclusi, minime vero respectu aliorum, in quæ transeunt. Prioris generis verba non construuntur cum ablatiuo respectu effectus inclusi, ac proinde agens non denominatur ex tali effectu, in ablatiuo.

Ad hoc genus pertinent, edifico, genero, spiro. Posterioris generis verba construuntur cum ablatiuo respectu effectus inclusi, non tamen respectu cuiuscumq; alterius in quod transeunt. Ad hoc genus pertinent, Dico, diligo, quamuis enim pater dicat creaturam, non tamen dicit creatura.

Ad 6.

Ad sextum dicitur, propositionem maiorem esse veram de effectu non incluso, vel de incluso quidem in, verbis transitivis prioris generis: nota tamen in verbis posterioris generis. Hæc siquidem construuntur cum obiecto, ceu termino transitivi, in accusatiuo, cum effectu autem incluso, in ablatiuo, ceu denominante, veluti cum dicitur, Socrates profert verbo Historiam.

Quod vero ad exempli reprehensionem attinet, principio dicitur, in exemplis non esse veritatem requirendam, deinde ad priorem reprehensionem dicitur, id minime esse verum, quod asseritur. Nam quamuis id verum sit, si vocem ipsam, siue rationem significandi spectes, minime tamen verum est si rem significatam consideres. Nam reuera florere est florem emittere, argumento est vsus loquentium, quam tamen significationem vox ipsa minime præse fert. Est siquidem florere verbum neutrum, voce tamen, sed non re. Vnde iam constat dilutio superioris reprehensionis. Nam florere quavis sit voce neutrum: significatione tamen est actiuum, ac proinde constitui potest cum

effectu denominante in ablatiuo. Hæc tamē omnis diuersitas, vt. s. quedam verba construuntur cum effectu incluso in ablatiuo: quedam vero non item, ortum habet non ex rebus ipsis significatis, sed ex modo significandi, quem grammaticus considerat, & expendit.

DISTINCTIO XXXIII.

¶ Resolutio trigessimæ tertiæ, & trigessimæ quartæ distinctionis.

Trigesima tertia, & trigesima quarta distinctione comparat Magister proprietates personales cum personis ipsis, & cum essentia, quoad identitatem, & quoad esse in. Quocirca huius distinctionis est unica conclusio. Proprietates personales & sunt in personis, & sunt ipsæ personæ, atq; diuina essentia. Conclusioni fidem facit Magister auctoritatibus sanctorum.

Contra quidam obijciunt. Proprietates personarum non sunt intrinsecæ personis, sed extrinsecus affixæ, igitur non sunt ipsæ personæ.

Item, personæ diuinae determinantur proprietatibus, igitur non sunt ipsæ proprietates.

Itē, diuinae personæ differunt proprietatibus, igitur proprietates non sunt idem quod essentia, consequētia probatur, quia si proprietates essent diuina essentia, quæ admodum non differunt essentia, neq; differrent etiā proprietatibus.

Postremo, quæ conueniunt in uno tertio, sunt idem inter se, igitur si proprietates sunt in essentia, sunt igitur eadem inter se,

DISTINCTIO

XXXIII.

¶ Resolutio distinctionis trigesimaquarta.

Pergit Magister comparare personas cum essentia, estq; huius distinctionis haec prima conclusio.

Tres diuinae personae sunt unum et idem secundum essentiam, differunt autem proprietatibus.

Secunda conclusio. Quauis diuinae personae secundum rem sint idem quod essentia, persona tamen et essentia differunt secundum intelligentiae rationem.

Tertia conclusio. Non sicut tres personae sunt unius essentiae, et una essentia est trium personarum, sic etiam dici potest, tres personae sunt unius Dei, et unus Deus est trium personarum, ne creatum aliquid aut seruiens, siue subiectum in sancta Trinitate admittere videamur, quemadmodum cum dicimus, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, quod utique dicitur propter principium creationis, vel gratiae praeuilegium, et creaturae subiectionem.

Quarta conclusio. Quauis in Deo unum sint potentia, sapientia, et bonitas, sintq; haec tribus personis communia, speciatim tamen patri attribuitur potentia, filio sapientia, spiritui sancto bonitas. Attribuitur autem patri potentia, ne videatur prior filio, et ideo minus potens, et filio attribuitur sapientia, ne videatur posterior patri, et ideo minus sapiens, spiritui vero sancto attribuitur bonitas, ut ab ipso Deo

ac proinde pater est idem filio id quod est Sabellianum.

Et confirmatur auctoritate Augustini in expositione psalmi. 18. sic dicentis, eo quo Deus, substantia est, sed quo pater est, substantia non est, igitur paternitas non est idem quod essentia. et c.

Ad haec primum respondet Magister cum Diuo Hilario rem esse omnino incomprehensibilem, ac proinde ab eius curiosa perscrutatione esse abstinendum, iuxta illud prouerbum. 25. Qui scrutator est maiestatis, opprimetur a gloria.

Secundo respondetur ad primam obiectionem, negando antecedens, Nam licet proprietates quoad esse ad, sint extrinsecae, non tamen quoad esse in, quomodo constituunt, et determinant personas, suntq; ipsae personae subsistentes.

Ad secundam obiectionem respondetur, negando consequentiam. Nam et ipse personae seipsis differunt.

Ad tertiam obiectionem respondetur similiter negando consequentiam. Nam proprietates non sunt eadem essentiae adaequate, et conuertibiliter.

Ad quartam obiectionem respondetur, antecedens esse verum in ijs quae sunt eadem unum tertio adaequate, et conuertibiliter.

Ad confirmationem vero sumptam ex Augustino respondet Magister non negasse Augustinum paternitatem esse substantiam, sed patrem non esse patrem formaliter ipsa essentia, et deitate, sed paternitate, quae notio est, et generationem consequens proprietates.

crudelitatis suspicio remoueat, & homines ad Deum accedere non timeant.

Quinta conclusio. Verbum homousion a patribus in concilio Niceno inuentum contra Arrianos & a patribus catholicis postea confirmatum catholice fidei multum inseruit. Quid est enim homousion nisi illud, Ego & pater unum sumus?

✠ QVÆSTIO. I. ✠

Vtrum relatio differat ab essentia, & natura diuina?



Distinctione 33. & 34, in quibus Magister diuinas proprietates cum essentia, & cum personis diuinis comparat, itemq; personam cum essentia, tria potissimum in quaestione vocantur, in quibus illud est primum, omniumq; explicatu difficillimum, quoniam pacto relatio differat ab essentia. Deinde illud quaeritur, vtrum diuinae proprietates insint in essentia, & personis, postremo anne persona sit idem quod essentia.

Catholica assertio. Quod igitur ad primam quaestionem attinet, illud est omnibus orthodoxis persuasum relationem diuinam non differre ab essentia realiter simpliciter. Illa porro differunt realiter simpliciter, quorum vnū non est alterum, ita. s. vt vnum vere negetur de altero, quomodo differunt quaecunq; inter se opponuntur, quaeq; sub eadem specie, aut genere continentur. Hac catholica assertio his argumentis ostenditur. Si essentia, & relatio realiter simpliciter differrent: esset in diuinis quaternitas rerum, siquidem omnis res ponit in numero cum alia re: at hoc est erroneum, & damnatum extra de Trinit, & fide catholica cap. damnamus, igitur relatio & essentia non differunt realiter simpliciter.

Præterea, vbi in eodem supposito multa

concurrunt realiter simpliciter differentia, ibi vera reperitur compositio, At in diuinis nulla est omnino compositio, sed summa vnitas, atq; simplicitas, igitur essentia, & proprietates in eodem supposito concurrentia, non differunt realiter simpliciter.

Tertio, quæ differunt realiter simpliciter, sunt res differentes, quarum vna non est altera, & vna nullo modo prædicatur de altera, ac non sic habent inter se essentia, & proprietates, etenim relatio de essentia prædicatur, hæc siquidem propositio vera est, Essentia est paternitas, igitur essentia & proprietates non differunt inter se realiter.

Postremo, in diuinis non est aliud quod habet, neq; aliud quod habetur, quemadmodum docet August. 15. de Trinit libro, sic inquit, sic habetur in natura vtriusq; vt qui habet hoc sit quod habet. Item Hilarius. 9. de Trinitate sic ait. Non enim ex compositis est Deus, vt in eo aliud sit quod ab eo habetur, & aliud ipse qui habet.

Hactenus inter se omnes catholici consentiunt, sed anne modo aliquo relatio, & essentia differant realiter, cōtrouersum est.

Sententia illorum explicatur qui asserunt relationem, & essentiam modo aliquo differre realiter.

Sunt igitur, qui putauerint relationem & essentiam modo aliquo, siue secundū quid differre realiter. Id vero his potissimū argumentis persuasum esse volunt. Quæcunq; differunt, aut differunt præcise secundū rationem, aut præcise secundū rem, aut certe ex parte, & quodammodo differunt realiter. At relatio & essentia in diuinis neq; differunt præcise secundū rationem, neq; omnino & simpliciter secundū rem, differunt igitur quodammodo secundū rem. Ac diuinam essentiam, & relationem non differre præcise secundū rationem hinc intelligitur. Nam quæcunq; differunt ex natura rei circumscrip̄ta omni actione rationis, non differunt præcise secundū rationem. Nā differentia huiusmodi antecedit omnem

Relatio & essentia iuxta aliquorum sententiam differunt realiter secundū quid.

omnem actum rationis: at essentia, & relatio in diuinis sic differunt, tum quia re ipsa, & sublata omni actione intellectus essentia diuina formaliter est in aliquo, nempe in filio, in quo eodem formaliter non est relatio, cui alioqui essentia coniungitur, vti relatio paternitatis: tum quia remota actione intellectus, essentia formaliter, & quiditative est aliquid absolutum, relatio vero quiddam respectuum, & ad aliud, tum postremo, quia essentia suapte natura est communicabilis, proprietates vero incommunicabilis. Neque differunt precise, & simpliciter secundum rem, vti iam supra docuimus, relinquatur igitur vt differant realiter quodammodo, & ex parte.

Secundo ita argumentantur. Omnis differentia quae est ex natura rei sublata actione intellectus est realis, at differentia essentiae, & proprietatis in diuinis est ex natura rei circumscripta omni actione intellectus, est igitur realis: non realis simpliciter, igitur secundum quid.

Tertio, nisi ponatur essentiam, & relationem aliquo modo differre realiter non potest seruari, & retineri realis interse personarum distinctio, igitur omnino statuendum est essentiam, & proprietatem, aliquo modo differre realiter. Antecedens ostenditur. Ex eo, quia paternitas, & filiatio differunt realiter, illud est consequens, vt in aliquo formaliter reperiatur paternitas, ceu in patre, in quo eodem filiatio minime reperitur, sed essentia in qualibet diuina persona reperitur formaliter, & actualiter, idque sublata omni actione rationis, igitur essentia, & proprietates ex natura rei differunt, at hoc est modo aliquo differre realiter, igitur si diuina personae realiter interse differunt, essentia, & proprietates modo aliquo realiter differunt. Iam ergo ita licet argumentari. Quando ad antecedens sequitur consequens, sublato consequente tollitur antecedens, At ex differentia reali personarum interse consequitur differentia modo aliquo realis inter essentiam, & proprietatem, igitur nisi ponatur essentiam, & proprietatem mo-

do aliquo realiter differre, seruari non potest diuinarum personarum interse realis distinctio. Itaque fit vt in haeresim Sabellianam incuratur.

Ceterum hanc differentiam modo aliquo realem inter essentiam, & proprietatem non eodem modo accipiunt ij, qui huius sunt opinionis, & sententiae.

Durandus. i. d. 33. q. 1. hanc differentiam referendam esse existimat ad rem, & modum rei, vt scilicet essentia & proprietates differant sicut res, & modus rei. Nam proprie & formaliter loquendo verius dicitur paternitas modus essendi, vel habendi essentiam, vt a quo est alius per generationem, quam sit essentia. Huic tamen opinioni illud magnopere obstare videtur, quia res infinita complectitur non solum omnem realitatem, siue omne esse, verum etiam omnem modum realem, & omnem modum essendi, alioqui si aliquis modus essendi ipsam subterfugeret proculdubio non esset res infinita perfectionis, atqui diuina essentia est infinita perfectionis, igitur complectitur non solum omnem entitatem, verum etiam omnem modum essendi realem, ac proinde non solum est omnis entitas per identitatem, verum etiam omnis modus essendi. Non ergo esse potest differentia naturalis inter essentiam, & paternitatem, sicut inter rem, & modum realem & cetera.

Alij hanc differentiam formalem esse dicunt: ac proinde aiunt essentiam, & proprietatem formaliter differre. Quocirca hanc propositionem, Essentia est paternitas, veram esse inquit in predicatione identica, non autem formali, tum quia relatio non sit de conceptu formali essentiae: nam essentia formaliter, & quiditative est ad se, relatio vero formaliter, & quiditative est ad aliud, ex quo efficitur vt formalitas vnius non sit formalitas alterius, tum vero quia pater formaliter est pater paternitate, non essentia, alioqui non distingueretur formaliter a filio. Hac est Scoti sententia. i. d. 33. q. 2. quae etiam cum infinitate diuinae essentiae minime congruit.

Differentiam quodammodo realem inter essentiam & relationem, alij differentiam formalem interpretantur, alij modalem, vt scilicet essentia, & relatio differant sicut res, et modus rei. Vehementissima obiectio.

Vehementissima obiectio.

Nam

Nam res infinita continet formaliter eminenter quidquid est absoluti, & respectiui, ex quo fit, ut si res illa definitione aliqua explicaretur: in illa definitione poneretur omnia tã absoluta, quã respectiua, ut pote quia in ipsa formaliter eminenter cõtineatur. Falsum est ergo illud quod ait Scotus, nempe de conceptu diuinæ essentia non esse diuinam relationem, & cum dicitur, immo vero, quia essentia quiditatiue est ad se, relatio vero quiditatiue est ad aliud, argumentum concluderet si diuina essentia esset res precise absoluta, aut precise respectiua, iam autem diuina essentia cum sit ens infinitum sub vna perfectione continet formaliter eminenter quidquid est absoluti, & respectiui, & ideo in ipsius conceptu formali ponuntur tã absoluta, quam respectiua. Ex quo fit subinde ut inter relationem & essentiam nõ sit distinctio formalis actualis, ea siquidem non congruit cum naturæ diuinæ infinitate, uti diximus. Verum hac de re paulo post accuratius, & vberius differemus.

Aliorum opinio.

Alij hoc genus differentia sic interpretantur ut dicant, differre quodammodo realiter esse aliud nihil, quam non esse idem adæquate, & conuertibiliter. Hoc igitur modo essentia, & proprietates differunt, quia non sunt idem adæquate, & conuertibiliter: nempe cum latius pateat essentia, quam proprietates. Namque essentia non solum est paternitas, verum etiam aliqua res alia quæ non est paternitas, nempe filiatio. Hæc tamen inadæquatio non est similis ei, quæ est inter vniuersale, & particulare, namque vniuersale sub se continet particulare, ex quo efficitur, ut vniuersale sit de conceptu formali ipsius particularis, & formalitas vnus sit formalitas alterius. Etenim hæc propositio est vera, Socrates formaliter est homo. Hinc iam intelligitur inadæquationem inter vniuersale, & particulare, non efficere differentiam formalem. At essentia non continet sub se proprietatem, ex quo efficitur ut relatio non sit de conceptu formali, & quiditatiue essentia, neque contra, neque formalitas vnus sit formalitas alterius. Etenim hæc propositio falsa

est, relatio formaliter est essentia: hæc etiã, essentia formaliter est relatio. Nam essentia & relatio sunt formalitates ex natura rei diuersa, sicut absolutum, & respectiuum.

Differunt igitur realiter, & essentia, & relatio, vel quia non sunt idem adæquate, & conuertibiliter, vel quia differunt ut tres, & modus habendi rem eandem, vel quia differunt formaliter. Nam harum differentiarum quæque est ex natura rei, circumscrip-ta omni actione intellectus: ita exposuimus illorum sententias, qui dicunt relationem, & essentiam modo aliquo differre realiter.

Epilogus

¶ Exponitur sententia aliorum.

Alijs visum est sola ratione siue animi comprehensione relationem ab essentia secerni, quorum sententia his propositi onibus explicatur.

Prima propositio. Relatio secundum rem est idem quod essentia. Probatio. Quidquid in rebus creatis habet esse accidentarium, & inhærens, accomodatum Deo habet esse diuinum, & substantiale: quandoquidem in Deo nullum est accidens, sed quidquid est in Deo est eius essentia, at relatio in creaturis habet esse accidentarium, igitur translata in Deum habet esse substantiale. Thomas. 1. p. q. 28. art. 2.

Relatio & essentia iuxta aliorum opinionem differunt sola ratione, & conceptibiliter duntaxat.

Thomas.

Egidius. 1. d. 33. q. 1. 2. in eandem sententiam sic argumentatur. Quidquid est in Deo est Deus, id quod ortum habet cum ex diuinæ naturæ summa, & simplicissima vnitatem, tum ex eiusdem immensitate. Eius siquidem simplicitate efficitur, ut omnia quæ in Deo reperiuntur coeant, & vniantur in vno simplicissimo esse, at immensitate efficitur, ut essentia diuina omnia sibi identificet, cum igitur relationes sint in Deo, sequitur ut transeant in diuinum esse.

Egidius

Secunda conclusio. Relatio differt ab essentia sola ratione siue animi comprehensione. Probatio, in relatione importatur respectus ad suum oppositum, in essentia

vero

vero non item, igitur essentia, & ratio differunt sola ratione. Thomas. 1. p. q. 38. art. 2.

Tertia conclusio. Relatio ad essentiam comparata non est res, sed ratio, ad oppositum vero comparata, est res. Egidius. 1. d. 33. q. 1. 2. Probatio. Relatio qua huiusmodi ordinem quendam declarat, etiam relationis vis, & natura in ordine siue habitudine unius ad alterum consistit, igitur ubi est ordo realis, ibi relatio est res, ubi vero vel nullus ordo est, vel certe secundum rationem, ibi relatio ratio est, unde quia eiusdem ad se ipsum non est ordo realis, hinc efficitur ut relatio identitatis non sit realis. At divina relatio comparata ad divinam essentiam non habet ad illam ordinem realem: immo vero nullum omnino ad eam habet ordinem, neque enim pater est essentia pater, comparata vero ad oppositum habet ordinem realem, igitur relatio comparata ad essentiam est ratio, ad oppositam vero relationem comparata est res.

Hinc iam multa intelliguntur huius sententiae consequentia, illud est primum, cum distinctione secundum rationem relationis ipsius ab essentia conspirare, & stare simul distinctionem personarum inter se. Namque relationes divinae per relationem ad essentiam non habent realem ordinem: quem tamen habent per comparisonem ad oppositas relationes, igitur personas inter se realiter distinguunt, personas vero ab essentia sola ratione: ac proinde cum distinctione rationis ipsius relationis ab essentia, stat, & congruit distinctio personarum inter se.

Secundo colligitur. Relationem divinam nullam facere cum essentia, aut personis divinis compositionem, facere tamen ab utroque distinctionem, differenter tamen, Nam ab essentia distinguit sola ratione, a personis vero realiter. Prioris partis Corollarij probatio. Relatio facit compositionem secundum esse, at in Deo unicum est esse divinarum relationum, & divinarum perfectionum attributorum, igitur relatio non facit composi-

nem aut cum essentia, aut cum personis. Posterior pars Corollarij sic ostenditur. Relatio, qua relatio, id est secundum formalem rationem solum distinguit ab opposito, ad quem habet ordinem realem, ab eo vero ratione distinguit, ad quod habet ordinem rationis, vel certe nullum habet ordinem, sed divinae relationes ad personas habent ordinem realem, ad essentiam vero nullum prorsus habent ordinem: relinquatur ergo divinae relationes distinguere ipsas inter se personas realiter, ab essentia vero solam efficere distinctionem rationis.

Tertio illud colligitur relationem divinam secundum rationem formalem, non transire in divinam essentiam, nempe cum ratio formalis relationis esse non possit ratio divinae essentiae, nam ratio formalis essentiae est esse aliquid, at ratio formalis relationis est esse ad aliquid.

Hactamen sententia his argumentis refutatur. Pater exclusa omni actione intellectus habet entitatem communicabilem, nempe essentiam divinam, & entitatem incommunicabilem, nempe relationem, igitur habet rem diversarum rationum formalium, alioquin si res quae est pater est unius solum rationis formalis, sequitur ut sit tantum, aut communicabilis, aut incommunicabilis, utrumque vero est haereticum.

Secundo. Pater intelligit suam essentiam communicabilem, & suam proprietatem incommunicabilem: aut igitur illa intelligit ac videt ut duo obiecta formalia, aut secus, si primum, effectum est propositum, si secundum, igitur solum distinguuntur per intellectum, ac proinde ex natura rei non est hoc communicabile, & illud incommunicabile, sed per actionem intellectus quod est falsissimum.

Tertio, ita licet argumentari. Effectus in actu habet causam in actu, sed communicari, & non communicari, distinguere, & non distinguere sunt effectus in actu antecedentes omnem mentis considerationem, habe-

Refutatur opinio D. Thome & Egidij, dicentium relationes divinas ab essentia divina sola ratione differre.

DISTINCTIONIS XXXIII. ET XXXIII.

habeant igitur necesse est causam in actu ante omnem operationem rationis, atqui causa istius effectus est distinctio aliqua inter illa, nempe inter communicabile & non communicabile, est igitur ibi distinctio ante omnem operationem intellectus. Neque sufficit, ut inquit Capreolus. 1. d. 2. q. 3. distinctio fundamentalis, alioqui causa actu non existente, esset effectus in actu, contra quod docent philosophi.

Quarto sic arguitur, & clarius. Communicabile & incommunicabile distinguuntur & non ratione sola, igitur formaliter, & ex natura rei, consecutio firma est, minor vero ex eo patet, quia ante omnem operationem intellectus diuina essentia est communicabilis, relatio vero incommunicabilis.

Quinto, de sententia aduersariorum relatio ob id distinguitur ab essentia, quia per relationem importatur ordo, & respectus, qui idem per essentiam minime importatur. Iam queritur, illud importatum, & superadditum essentiae est ne res, an ratio solum, si ratio solum: cum eo respectu solum diuinae inter se personae distinguantur, sequitur ut ratione sola distinguantur, quod est haereticum, si vero est res, id est independens a ratione, igitur in diuina essentia, & relatio distinguuntur summota omni actione in intellectu.

Postremo. Haec duo minime videntur posse congruere, ut scilicet relatio ab essentia sola ratione distinguatur, & quod ipsius interuentu personae diuinae realiter inter se distinguantur. Id vero sic conficitur. Relatio diuina distinguit diuinas personas, secundum rationem suam formalem: sed relatio secundum rationem suam formalem est ratio, & non res, igitur sola ratione personas distinguit, ac proinde illa duo minime possunt stare, & quod relatio ab essentia ratione solum distinguatur, & quod ipsius interuentu, & cetera. Maioris probatio. Relatio distinguit secundum oppositionem relativam, ut docet Aristot. in post praedicamentis cap. de oppositis, igitur relatio diuina distinguit personas diuinas secundum rationem suam for-

malem, Minor ostenditur. Relatio secundum rationem quidditatis non transit in essentiam, sed est aliquid praeter essentiam, aliquid inquam non ut res, sed ut ratio, igitur & cetera.

His argumentis refellitur Diui Thomae, & Egidij sententia, & omnino illorum qui sola mentis operatione distingui existimant relationem ab essentia. Superest ut veram & probabiliorem de re proposita sententiam exponamus.

Vera & probabilior de re proposita sententia.

Nobis placet diuinam relationem ab essentia, neque ratione solum, neque realiter quodammodo, neque formaliter distingui, ita quod essentia, & relatio sint duo obiecta formalia, ut visum est Scoto, sed formaliter virtualiter, siue formaliter eminenter. Id vero quo intelligatur notandum est primum, Cuiuslibet rei simplicissimae, & vni respondere vnam rationem formalem adequatam, est siquidem res illa vnum intelligibile, ac proinde vno conceptu adequato perceptibile, eadem igitur respondet vna ratio formalis adequata.

Secundo notandum, in Deo esse vnam rationem formalem, quae neque pure absoluta est, neque pure respectiua, sed continentem vtrumque eminenter, id vero sic ostenditur. Ut res habet in ordine rerum, ita res habet in ordine rationum formalium, sed in diuinis est vna res, neque omnino absoluta, neque omnino respectiua, neque mista, siue ex vtroque composita, sed continens formaliter eminenter quidquid est absoluti, & quidquid est respectiui, igitur in diuinis est vna ratio formalis eidem respondens, quae neque est pure absoluta, sed eminenter continens vtrumque. Exemplum est apertum in virtute solari, ad quam ceterae omnes virtutes inferiores eleuantur: non distincte, & de articulate, sed ad vnam virtutem, & perfectionem continentem eminenter omnem inferiorem perfectionem.

Relatio, & essentia neque ratione solum, neque realiter quodammodo neque formaliter actualiter differunt sed formaliter virtualiter, siue formaliter eminenter.

In deo est vna ratio formalis quae neque est pure absoluta neque pure respectiua, sed eminenter continens vtrumque.

Disti-
gui fo-
maliter
actualiter,
ter, quod
sit.

Disti-
gui fo-
maliter
virtualiter,
ter, quod
sit.

Abso-
lutum, &
pecti-
uum in na-
tura
limita-
tione
eade-
m
malitiam
in fine

Tertio notandum, continere aliquid formaliter duobus modis contingere, vno modo formaliter, siue distincte, altero modo formaliter eminenter, siue virtualiter.

Hinc iam multa colliguntur, illud est primum, duplicem esse distinctionem formalem, vnam formalem simpliciter, & actualem, alteram formalem eminenter, siue virtualiter. Illa distinguntur formaliter actualiter, quæ sunt duo obiecta formalia respondentia duobus conceptibus obiectiuis, siue duabus notionibus, vel potius quibus respondent duo conceptus obiectiui, siue duæ notiones, siue duæ definitiones. Illa vero distinguntur formaliter eminenter, quibus respondet vnica notio, siue vnus conceptus obiectiuus, æquivalens distinctis conceptibus obiectiuis, quæ ipsa æquivalentia in eo consistit, quia quodq; sic munus proprium exercet, ac si ab altero formaliter, siue realiter distingueretur.

Secundo colligitur, Scotum magnopere errasse, qui solam posuit distinctionem formalem actualem, non autem virtualem, & eminenter talem.

Tertio colligitur, quod si diuina essentia definitione aliqua declarari posset, in ipsius definitione, & ratione formali, ponerentur omniatam absoluta, quam respectiua, vt pote quia in ipsa formaliter eminenter contineantur. Si dicas, absolutum, & respectiuum distinguntur formaliter, igitur non continentur eadem ratione formali, dicimus consecutionem esse firmam in vna ratione formali limitata, secus in vna ratione formali infinita eminenter continete omne ratione formale. Si iterum dicas. Diuinae relationes formaliter distinguntur, non continentur igitur eadem ratione formali. Dicimus diuinas relationes inter se comparatas distingui non solum formaliter, verum etiam realiter, comparatas tamen cum diuina essentia, formaliter non distingui, sed eadem formali ratione contineri, quemadmodum vniuntur in vno simplicissimo esse.

Quarto demum hinc intelligitur, rationem absoluti & rationem respectiui esse du-

as rationes formales disparatas in rebus limitatae naturæ, quarum quæq; est pure respectiua, aut pure absoluta, secus in re illimitata, & infinita eminenter continente omnem entitatem, & omnem modum essendi.

Postremo hinc conficitur nostræ conclusionis probatio, nempe essentiam & proprietatem in diuinis distingui formaliter eminenter. Namq; illa distinguntur formaliter eminenter, siue formaliter virtualiter quæ æquivalent rebus formaliter distinctis, ac essentia & relatio in diuinis sunt huiusmodi, distinguntur igitur formaliter eminenter siue formaliter virtualiter. Maior iam patet ex supradictis, minor ex eo intelligitur, quia essentia & relatio in diuinis terminant conceptus diuersos essentialiter, perinde ac distincta formaliter, & sic exercent, illud quidem ratione absoluti, hoc vero ratione respectiui, ac si formaliter distiguerentur. Hæc sententia est doctissimi Caietani. 1. p. q. 28. art. 2. & q. 39. art. 1. quam eandem sumpsit ex Alfonso. 1. d. 2.

Caietanus
sumpsit
ex Alfonso

Superest vt argumenta diluamus quibus ostenditur relationem distingui ab essentia formaliter actualiter.

Primum argumentum est huiusmodi. Pater habet in se entitatem communicabilem, nempe essentiam diuinam, & entitatem incommunicabilem, nempe paternitatem, igitur habet rem diuersarum rationum formalium, alioqui si res illa, quæ est pater, est vnus rationis formalis, sequitur vt sit tantum aut communicabilis, aut incommunicabilis, At vtrumq; est hæreticum.

Secundo sic arguitur. Pater intelligit suam essentiam comunicabilem, suam vero proprietatem incommunicabilem, aut igitur illa intelligit vt duo obiecta formalia, aut secus: si primum, effectum est propositum: si secundum, igitur solum distinguntur per intellectum: ac proinde ex natura rei nõ est hoc communicabile, & illud incommunicabile, sed per actionem intellectus, quod est falsissimum.

Tertio, Relatio non est de conceptu formali essentia, igitur essentia & relatio forma

3.

Distin-
gui for-
maliter
actuali-
ter, quid
sit.

Distin-
gui for-
maliter
virtuali-
ter, quid
sit.

Absolu-
tū, & res
pectiuū
in natura
limitata
non con-
tinentur
eadem ra-
tione for-
mali, secus
innatura
infinita.

DISTINCTIONIS XXXIII. ET XXXIIII.

formaliter actualiter distinguuntur, cōsecutio firma est, quia alioqui vnum esset de cōceptu formali alterius, antecedens ostenditur. Essentia formaliter, & quiditate est ad se, relatio vero formaliter, & quiditate est ad aliud, igitur formalitas vnus non est formalitas alterius, ac proinde vnum non est de conceptu formali alterius.

4. Quarto, Pater formaliter est pater paternitate, non essentia, alioqui non distingueretur formaliter a filio, igitur paternitas & essentia sunt duo obiecta formalia. Hæc sunt argumenta Scoti. 1. d. 33. q. 2.

Ad 1. His argumentis non est difficile respondere. Ad primum negatur consecutio. Sed illud solum concluditur, quod habeat rem æquivalentem multis rebus distinctis formaliter, vel quod illa res, quæ est pater, sit vnus rationis æquivalentis multis & diuersis rationibus formalibus, ac proinde non est pure communicabilis, aut pure incommunicabilis, sed æquivalens vtrique.

Ad 2. Ad secundum dicitur, quod pater intelligit essentiam, & proprietatem non vt duo obiecta formalia, sed vt vnū obiectum formale æquivalens eminenter distinctis rebus formaliter, ac proinde non per intellectum hoc est communicabile, et illud incommunicabile, sed ex natura rei est ibi vna perfectio summa, infinita continens eminenter omnem entitatem, & omnem modum essendi.

Ad 3. Ad tertium, negatur antecedens. Nam res infinita, & illimitata continet eminenter quidquid est absoluti, & respectiui. Ex quo fit vt si res illa definitione aliqua explicaretur, in eius definitione ponerentur omnia tam absoluta, quam respectiua, vt potest quia in ipsa formaliter contineantur. Falsum est igitur illud quod sumit Scotus, nempe quod relatio non sit de conceptu formali essentia. Ad probationem vero dicitur, quod argumentum concluderet, si diuina natura esset res, aut præcise absoluta, aut præcise respectiua, iam autem diuina essentia, cum sit ens infinitum, sub vna perfectione, & per consequens, sub vna ratione formali conti-

net eminenter quidquid est absoluti, & respectiui, & ideo in ipsius conceptu formali ponuntur tam absoluta, quam respectiua.

Obijci contra potest. Desententia Theologorum, relatio transit in essentiam secundum rem, non secundum quiditatem, quia essentia est ad se, relatio vero est ad aliud, igitur relatio, & essentia non continentur eadem ratione formali. Respondetur, quod si non transire secundum quiditatem idem significat quod esse duo obiecta formalia, & quiditatem vnus non esse quiditatem alterius, falsum est illud. Nam sub hoc sensu, relatio non solum secundum rem, verum etiam secundum quiditatem transit in essentiam, sunt enim relatio & essentia in diuinis vna quiditas, & vna essentia, vt patet ex supra dictis, eminenter continens quiditatem absoluti, & respectiui. Sin vero non transire secundum quiditatem, idem valet quod esse inter essentiam, & relationem distinctionem eminenter formalem, conceditur illud: non tamen id quod ex eo conficitur, nempe relationem & essentiam non contineri eadem ratione formali: verum est enim quod non continentur eadem ratione formali, quæ sit pure absoluta, aut pure respectiua bene tamen eadem ratione formali continente eminenter rationem absoluti, & respectiui, & eidem æquivalente: transit ergo relatio in essentiam secundum quiditatem formaliter actualiter, non tamen formaliter virtualiter.

Ad quartum conceditur antecedens, distinguitur vero consequens. Nam paternitas, & essentia sunt duo obiecta formalia eminenter, & virtualiter, sunt enim vna res æquivalens duobus obiectis formalibus, non tamen actualiter, vt patet ex supradictis, & cæt.

REFUTATIO CATHOLICAE Conclusionis.

Porro catholica assertio initio questionis posita, nempe quod essentia, & relatio non differant realiter simpliciter his argumentis refutatur.

Primum

Obiectio
vehementissima.

Dilutio
obiectionis. Relatione secundum quiditatem in diuinâ essentia non transire, quomodo sic accipiendum.

Relatio & essentia in diuinis sunt vna quiditas, & vna essentia, eminenter continens quiditatem absoluti, & respectiui.

Relatio transit in essentiam secundum quiditatem formaliter actualiter, non tamen formaliter virtualiter.

Ad 4.

Refutatur catholica assertio, vt eius veritas magis appareat.

Ad 1. r. posio

refuta-
tur catho-
lica asser-
tio, vt
eius veri-
tas magis
appareat.

Primum sic arguitur: Si relatio, & essen-
tia non differunt realiter, ipsae inter se per-
sonae non differunt realiter, consequens est
haereticum, igitur & antecedens, consecutio
sic deducitur. Essentia est paternitas, essen-
tia est filiatio, igitur filiatio est paternitas.
Consecutio firma est, quandoquidem eade
vni tertio sunt eadem inter se.

Secundo, paternitas & filiatio differunt
realiter, aliqua ergo realitate differunt, aut
igitur realitate essentiae, aut alia, non realita-
te essentiae, alioqui pater & filius essent duo
Dij, alia igitur realitate differunt, paterni-
tas igitur est alia realitas a realitate essen-
tiae: ac proinde essentia, & paternitas diffe-
runt realiter.

Tertio, in diuinis sunt relationes reales:
iam quaro, illa realitas relationum, aut est
ipsamet realitas essentiae, aut alia, non ipsa
met realitas essentiae, tum quia ipsamet rea-
litates respectiuae inter se non ponerent in
numero, vt pote quia omnes sunt ipsamet
realitas essentiae, quae est vna, tum quia quod
est formaliter, & quiditative respectiuum
non est realiter aliquid absolutum, nempe
quia secundum se totum sit respectus. Rea-
litas igitur relationum est alia a realitate
essentiae.

DILVTIO ARGVMEN-
torum.

Ad 1. ref-
pōlio. 1.

Haec argumenta pro catholicae veritatis
defensione & explicatione facile dilu-
untur. Ad primum igitur argumentum res-
pondetur negando sequellam. Ad probatio-
nem vero, negatur consequentia. Nam quae
ad modum vniuersale est commune comu-
nitate rationis cum multis formis dispa-
tis, & re ipsa inter se differentibus, quarum
vna vere negatur de altera: ita etiam diui-
na essentia propter suam infinitatem est communis
comunitate reali cum multis personis, siue
proprietatibus realiter inter se distinctis.

Quo circa quemadmodum non sequitur.
Homo est Socrates, & homo est Plato, igi-
tur Plato est Socrates: ita etiam in diuinis

non sequitur, essentia realiter est paterni-
tas, essentia realiter est filiatio, igitur, pater-
nitas est filiatio.

Dici etiam potest non incommode, pa-
ternitatem esse filiationem quantum ad id
in quo conueniunt, id est, quantum ad esse.
Nam esse paternitatis est etiam esse filiationis,
quandoquidem in vno esse simplicissimi
mo diuiniae essentiae conueniant, & vniatur.
Ego & pater vnum sumus propter vnitatem
scilicet essentiae, formaliter tamen & secun-
dum rationem quiditatis, vnum vere nega-
tur de altero. Nam relatio quae est paterni-
tas, non est illa relatio, quae est filiatio.

Ad secundum respondetur, paternitatem
& filiationem differre realiter realitate res-
pectiua, quae tamen non ponit in numero
cum essentia. Obijci contra potest, illa rea-
litas respectiua non ponit in numero cum
essentia, sed illa realitate differunt pater &
filius, igitur pater & filius differunt essentia,
vel certe nulla realitate differunt, sed solu
conceptibiliter. Hoc argumentum coegit
Durandum, eoq; impulit, vt diceret illa rea-
litate respectiuam esse aliam rem ab esse
tia, non quidem simpliciter, sed secundum
quid, vt iam supra exposuimus. Ita pater &
filius apud Durandum differunt realiter
non quidem realitate essentiae, sed paterni-
tate, & filiatione, quorum quodq; modo ali-
quo supra exposito, est alia realitas ab essen-
tia. Accomodate vero ad nostram senten-
tiam dicitur ad Minorem, patrem & filium
illa realitate respectiua inter se differre: non
tamen qua identificatur essentiae: sed qua
habet oppositionem ad alterum, ita fit vt
propter oppositionem sit realis inter relatio-
nes diuinas differentia.

Ad tertium respondetur, Relationes di-
uinas esse ipsamet realitatem essentiae, no
quidem formaliter, sed identice. Cum vero
contra obijcitur, ergo non ponunt in nume-
ro inter se, negatur consecutio. Nam & si no
ponant in numero cum essentia, cui identifia-
tur, ponunt tamen in numero inter se propter
oppositionem mutuam. Sed ad hoc contra oppo-
nitur, omnes diuinae relationes sunt ipsamet
rea-

Respō. 27

Paterni-
tas est fili-
atio quā-
tū ad esse
in quo
conueni-
unt.

Ad 2.

Pater & fi-
lius diffe-
runt reali-
tate repe-
ctiua,
quae licet
no ponat
in nume-
ro cum esse
tia, ponit
tamen in
numero
cum perso-
nis, prop-
ter oppo-
sitionem
vnius ad
alteram.

Realitas
respecti-
ua distin-
guit per-
sonas no
puta idē-
tificatur
essentiae,
sed prout
habet in-
ter se op-
positio-
nem.

Ad 3.

rea-

realitas essentia, sed diuina essentia est vna res, sunt igitur relationes diuinae vnae res.

Relatio-
nes diui-
nae sunt
vna res
absoluta,
no tamen
vna res
respecti-
ua.

Dicitur ad Maiorē, diuinas relationes esse diuinam essentiam identice, non formaliter, vnde concedimus omnes diuinas relationes esse vnam rem absolutam cui identificantur, non tamen vnam rem respectiuam, sed multas, propter oppositionem, quae est causa distinctionis non solum formalis, verum etiam realis.

Ad secundam vero probationem dicitur vno modo, relationem diuinam non esse formaliter, & quidatiue essentiam: siquidem essentia formaliter est quiddam absolutum, relatio vero formaliter respectus, cum hoc tamen stat, vt sit realiter illud absolutum, quod est essentia, propter ipsius illimitationem. Namque ex simplicitate & infinitate diuinæ essentiae prouenit, vt identificentur sibi omnem rem, quae reperitur in diuinis. Altero modo dicitur, id quod est pure respectiuum esse non posse formaliter, & quidatiue absolutum, contra res habet in re infinita, & illimitata, continēte eminenter perfectionem absoluti, & respectiui, cuius est vna ac simplicissima ratio continens perfectionem absoluti, & respectiui, vti iam supra docuimus.

Pure res-
pectiuū
esse non
pot for-
maliter,
& quidi-
atiue ab-
solutū,
cōtra res
habet in
re infini-
ta cōtinē-
te emine-
ter abso-
lutum, &
respectiū.

✠ QVÆSTIO. 2. ✠

Vtrum diuinae proprietates sint in personis.



Quod attinet ad secundam comparationem nempe proprietatum cum personis, quaeritur sint ne proprietates in personis, pro cuius quaestionis explicatione nonnullae statuuntur conclusiones. Prima conclusio. Relatio diuina est formaliter in diuina persona. Probatio. Omne formale constitutum est in eo quod constituit formaliter, alioqui non constitueretur formaliter per illud, at diuina persona formaliter constituitur relatione, inest igitur in persona.

Præterea, de ratione formæ est, vt sit in

eo cuius est forma: at proprietates est veluti forma personæ, vt quæ sit formaliter ipsius constitutiva, igitur &c.

Postremo, nihil refertur formaliter, & realiter nisi per id, quod est in ipso. Nam quod refertur per id, quod est in altero, non refertur formaliter & realiter, sed solum terminatiue & secundum rationem, quemadmodum iam alibi traditum est, at diuina persona interuentu proprietatis refertur realiter & formaliter, est igitur proprietates in ipsa.

Secunda conclusio. Proprietates est in diuina essentia. Probatio. Omnis relatio est in supposito relato mediante aliquo absoluto, quod est fundamentum ipsius, sed in supposito diuino nihil reperitur absolutum, nisi sola essentia, igitur relatio est in supposito diuino mediante essentia: ac proinde est in essentia diuina tanquam in fundamento. Maior propositio hinc intelligitur: quoniam omnis modus essendi siue in alio, siue ad aliud requirit aliquam formam absolutam cuius interuentu ei rei, cui conuenit, conueniat, relatio igitur est in supposito mediante aliquo absoluto, quod est illius fundamentum. Quo circa illud est ab Augustino. 7. de Trinitate disertissime dictum, omne relatiuum esse aliquid excepto eo quod per talem relationem refertur: ex quo datur intelligi, in relato præter relationem esse aliquam formam absolutam, quæ sit illius relationis fundamentum.

Hinc iam intellige, quemadmodum doctissimus Egidius. 1. d. 33. q. 4. annotauit, in relatione, quoad esse in, duo spectari: & suppositum ipsum quod refertur, & formam, secundum quam attenditur relatio: & in utroque inesse dicitur relatio, non tamen eodem modo, nam in supposito relato inest tanquam in subiecto, in forma autem illa absoluta, tanquam in fundamento, & radice. Vnde cum omnium diuinarum relationum fundamentum sit diuina essentia facta, sequitur vt diuinae relationes sint & in personis, & in essentia, in personis quidem tanquam in subiectis: in essentia vero, tanquam in radice, & fundamento.

2. Cōclu.
Dur. 1. d.
33. q. 2.

Egidius.

Relatio-
nes diui-
nae sunt
in perso-
nis tan-
quam in
subiectis
in essentia
vero, tan-
quam in
radice &
fundamē-
to.

1. Cōclu.

Re-

Ad. 1.
Præpe-
rius
timau-
relati-
nes di-
fias
esse in
sonis
esse in
met
sona

REFUTATIO CONCLUSIONIS.

HAE conclusiones vehementissimis argumentis refutantur. Ac prior quidem conclusio his argumentis refutatur.

Nihil est in se ipso, at proprietates est idem quod persona, namque haec enunciatio vera est, pater est paternitas, quando quidem persona in diuinis est ipsa relatio subsistens: non est igitur diuina relatio in persona.

Secundo, Esse ad distinguitur contra esse in, at relatio est ad aliud secundum suam formalem rationem, igitur non est in aliquo sicut in supposito, ac proinde diuinae relationes non sunt in diuinis personis.

Secunda vero conclusio sic refellitur. In quocumque est relatio, illud refertur: & denominatur ex tali relatione: at diuina essentia non refertur: neque denominatur formaliter ex tali relatione, igitur relatio nullo modo est in diuina essentia.

Præterea, si relatio esset in diuina essentia, esset in illa tanquam in fundamento: at diuina essentia non videtur esse fundamentum diuinarum relationum, igitur. &c.

Minor ostenditur. Relationes oppositae non possunt fundari supra idem nullo modo diuersificatum, at essentia diuina est eadem nullo modo diuersificata: non potest igitur fundare relationes oppositas.

Postremo, omnis modus essendi, in, incurrit in aliquo eorum, quos Aristot. recensuit 4. physicorum, sed non videtur in quem modum incurrat existens relatio diuinae in essentia, & in personis: non igitur relatio inest in essentia & in personis.

DILVTIO. ARGVMENTOTOTRUM.

Primo argumento contra priorem conclusionem allato conuictus Praeposituus putauit relationes esse personas: nullo tamen modo esse in personis: idque propter summam diuinarum personarum simplicitatem. Namque esse in, omnino importat distinctionem. Nos dicimus esse in, omnino illud quidem importare distinctionem, eaque

Ad. 1. Praeposituus exil timauit relationes diuinas non esse in personis, sed esse ipsas met personas.

aut realem, aut rationis, in diuinis igitur importat distinctionem rationis. Quocirca haec propositio, paternitas est in patre, accipi potest duobus modis. Vno modo intransitiue, altero modo ut construatur transitiue. Priori modo illa propositio paternitas est in patre, idem valet quod haec, Pater est ipsamet paternitas, sub quo sensu Praeposituus & Gregorius illam propositionem recipiendam esse censuerunt. Posteriori vero modo illa praepositio, in, denotat distinctionem sicut quod, & quo, idque vel secundum rem, vel secundum rationem: non secundum rem, siquidem in diuinis quod & quo minime distinguuntur: igitur secundum rationem. Ita haec propositio, paternitas est in patre, est cum identica, tum formalis, identica quidem ratione indistinctionis realis inter essentiam, & paternitatem, & inter patrem, & paternitatem, formalis vero ratione distinctionis inter quod, & quo.

Haec propositio paternitas est in patre est identica, & formalis.

Ad argumentum igitur respondetur nihil indistinctum re & ratione inesse in se ipso: secus indistinctum re, distinctum vero ratione. Interim tamen hoc loco magnopere annotabis, coniunctionem proprietatum cum essentia, & cum personis esse realem: ceterum habitudinem importatam per in esse rationis.

Nota.

Quod vero ad secundum argumentum attinet, hoc eodem argumento adductus Gilbertus Porretanus putauit relationes minime inherere, sed esse extrinsecus affixas, & assistentes, spectauit siquidem in relatione esse ad duntaxat, non interim esse in, ex quo tamen habet relatio quod sit res. Nos dicimus quod etsi relationes secundum rationem formalem significantur ut assistentes: non tamen ut sunt res quaedam, quae ut sic habent inesse in subiectis. Nam accidentis esse est inesse. Cum igitur diuina relatio non solum habeat esse ad, quod ad formalem rationem ipsius pertinet: verum etiam habeat esse substantiale, esse videlicet diuinae essentiae, prout est res quaedam, sequitur ut relatio & sit essentia, & in essentia: & sit persona, & in persona.

Gilbertus porretanus diuinas relationes posuit non inhaerentes, sed extrinsecus assistentes. Relatio secundum suam rationem formalem significatur ut assistens, & non inherens, at ut est res quaedam habet in esse in subiecto.

✠ QVÆSTIO. 3. ✠

Vtrū persona distinguatur ab essentia.



Vperest vt tertia comparatio, qua persona cū essentia comparatur, expendatur. Pro quaestio- nis igitur explicatione hæc vnica statuitur cō- clusio. Persona diuina non distinguitur rea- liter ab essentia diuina. Probatio. Eo mo- do differt persona ab essētia, quo relatio dif- fert ab essētia: siquidem persona non dif- fert ab essentia nisi interuentu relationis, quam includit, atqui relatio non distingui- tur realiter simpliciter ab essentia, quem- admodū supra docuimus, igitur neq; per- sona ab essentia. Distinguitur tamen ab essentia, iuxta sententiam Diui Thomæ ratione duntaxat: iuxta sententiā vero Du- randi, & aliorum, realiter secundum quid vel quod non sint idem adæquate, & con- uertibiliter, vel quia non sint idem forma- liter, vel quia se habeant sicut res, & mo- dus habendi eandem rem.

Iuxta vero sententiam nostram, per- sona distinguitur, ab essētia formaliter emi- nenter, quemadmodum & relatio. Quo- modo vero suppositum & natura in crea- turis distingantur in nostro de verbo in- carnato commentario libro .3. diligenter excussimus, eò igitur lectorem remitten- dum putamus. Ac de vnitāte diuinæ essē- tiæ, deq; Trinitate personarum hæc pro- modulo nostri ingenij tractata ac dispu- tata sint hæcenus.

Persona distinguitur ab essentia formaliter eminenter quemadmodum & relatio

Ad.3.

Ad tertium respondetur, illud in quo est relatio tanquam in subiecto esse relati- uum, non tamen illud, in quo inest, tanquā in fundamento. Iam autem relatio est in diuina essentia tanquam in fundamen- to. &c.

Ad.4.

Ad quartum negatur Minor. Ad proba- tionem vero dicitur, illud esse verum in cre- aturis propter limitationem: non tamen in Deo propter diuinæ naturæ infinitatem, & illimitationem, infinitudine enim diuinæ essentia efficitur, vt possit vna, & eadem existens, & nullo modo diuersificata oppo- sitas relationes fundare. Est tamen hoc lo- co magnopere aduertendum essentiam di- uinam fundare oppositas relationes, non quidem absolute, sed in producente, vt fecundam: in producto vero, vt habet rati- onem rei communicatæ.

Essentia diuina fundat relatio- nes non absolute sumpta, sed in producente quidē vt fecunda in produ- cto vero, vt comu- nicata.

Obijci contra potest. Actio & passio in rebus creatis immediate fundant rela- tiones, igitur in Deo dare originem per generationem actiuam, & per spirationem actiuam: & accipere originem per vtrāq; passiuē sumptam, fundabunt relationem. Heruzus. 1. d. 33. q. 2. negandam putat cō- sequentiam. Nam in creaturis productum tam vt quo, quam vt quod est aliquid abso- lutum, cumq; actio illi identifice tur, nam actio non est realitas distincta a termi- no, hinc efficitur vt esse possit fundamen- tum relationum. In diuinis autem produc- tum cui identificatur actio est relatum, ac proinde actio & passio in diuinis non fun- dant relationem: siquidem relatio nō fun- datur sup̄ relationem.



DISTINCTIO NOTIO

TRICESIMA QUARTA.

DE DIVISIONE NOTIONUM IN ESSENTIALES ET ACCIDENTIALES.

DISTINCTIO

DE DIVISIONE NOTIONUM

IN ESSENTIALES ET ACCIDENTIALES.

NOTIONUM ESSENTIALIUM

ESSENTIALIUM ESSENTIALIUM

ESSENTIALIUM ESSENTIALIUM

ESSENTIALIUM ESSENTIALIUM

ESSENTIALIUM ESSENTIALIUM

ESSENTIALIUM ESSENTIALIUM

ESSENTIALIUM ESSENTIALIUM

ESSENTIALIUM ESSENTIALIUM

ESSENTIALIUM ESSENTIALIUM

ESSENTIALIUM ESSENTIALIUM

ESSENTIALIUM ESSENTIALIUM

ESSENTIALIUM ESSENTIALIUM

ESSENTIALIUM ESSENTIALIUM

ESSENTIALIUM ESSENTIALIUM

ESSENTIALIUM ESSENTIALIUM

ESSENTIALIUM ESSENTIALIUM

ESSENTIALIUM ESSENTIALIUM

ESSENTIALIUM ESSENTIALIUM

ESSENTIALIUM ESSENTIALIUM

ESSENTIALIUM ESSENTIALIUM

ESSENTIALIUM ESSENTIALIUM

ESSENTIALIUM ESSENTIALIUM

ESSENTIALIUM ESSENTIALIUM

NOTIONUM ESSENTIALIUM

NOTIONUM ESSENTIALIUM

NOTIONUM ESSENTIALIUM

NOTIONUM ESSENTIALIUM

NOTIONUM ESSENTIALIUM

NOTIONUM ESSENTIALIUM

NOTIONUM ESSENTIALIUM

NOTIONUM ESSENTIALIUM

NOTIONUM ESSENTIALIUM

NOTIONUM ESSENTIALIUM

NOTIONUM ESSENTIALIUM

NOTIONUM ESSENTIALIUM

NOTIONUM ESSENTIALIUM

NOTIONUM ESSENTIALIUM

NOTIONUM ESSENTIALIUM

NOTIONUM ESSENTIALIUM

NOTIONUM ESSENTIALIUM

NOTIONUM ESSENTIALIUM

NOTIONUM ESSENTIALIUM

NOTIONUM ESSENTIALIUM

NOTIONUM ESSENTIALIUM

NOTIONUM ESSENTIALIUM

NOTIONUM ESSENTIALIUM



12
gui
o ef
for
r
ter
ad
m
tio

QUESTIONES

Ad primam questionem...
 Ad secundam questionem...
 Ad tertiam questionem...
 Ad quartam questionem...
 Ad quintam questionem...
 Ad sextam questionem...
 Ad septimam questionem...
 Ad octavam questionem...
 Ad nonam questionem...
 Ad decimam questionem...
 Ad undecimam questionem...
 Ad duodecimam questionem...
 Ad tredecimam questionem...
 Ad quatuordecimam questionem...
 Ad quindecimam questionem...
 Ad sedecimam questionem...
 Ad decemseptimam questionem...
 Ad octodecimam questionem...
 Ad novemdecimam questionem...
 Ad viginti questionem...

Ad primam questionem...
 Ad secundam questionem...
 Ad tertiam questionem...
 Ad quartam questionem...
 Ad quintam questionem...
 Ad sextam questionem...
 Ad septimam questionem...
 Ad octavam questionem...
 Ad nonam questionem...
 Ad decimam questionem...
 Ad undecimam questionem...
 Ad duodecimam questionem...
 Ad tredecimam questionem...
 Ad quatuordecimam questionem...
 Ad quindecimam questionem...
 Ad sedecimam questionem...
 Ad decemseptimam questionem...
 Ad octodecimam questionem...
 Ad novemdecimam questionem...
 Ad viginti questionem...



DISTINCTIO

TRIGESSIMA QUINTA.

ITEM XXXVI. XXXVII. XXXVIII. XXXIX.

De scientia & praescientia Dei.

DISTINCTIO

XXXV.

¶ Resolutio distinctionis trigessima quintae.



OST EX-
actam de sa-
cro sancta per-
sonarum in es-
sentia unitate
Trinitate, dis-
putationem, ag-
greditur Ma-

gister ad explicandas eius attributales per-
fectiones, eas praesertim, quae sunt agendi
principia. s. scientiam, potentiam, et vo-
luntate. Ac primum agit de ipsius scientia.
Est igitur huius distinctionis haec prima
conclusio. Diuina scientia, una et sim-
plex existens varie tamen nominatur,
iuxta varios eius effectus. Dicitur enim
scientia, praescientia, providentia, disposi-
tio, praedestinatio. Dicitur scientia, quia
de omnibus est tam bonis, quam malis, tam
aeternis, quam temporalibus, ijsque praesenti-
bus, praeteritis et futuris. Dicitur praesci-
entia, quatenus respicit futura, dicitur pro-
videntia, quatenus respicit gubernanda,
dicitur dispositio, quatenus respicit facien-
da, dicitur praedestinatio, quatenus respi-

cit saluandos.

Hoc iam loco existit questio, utrum
scientia Dei esse potuerit in Deo praescien-
tia, dispositio, et praedestinatio, si nulla
fuisset futura, quae praesciretur, nulla quae
facienda foret, nulli qui essent saluandi?

Quocirca iam responderet Magister secun-
da conclusione, quae ita habet. Si nulla esset
futura, si Deus nihil esset factururus, si nu-
los saluaturus, esset quidem in Deo scien-
tia, non tamen praescientia. Nam praescie-
tia dicitur duo, unum de principali, nempe scie-
tiam, alterum de connotato, nempe futu-
rum: est enim praescientia, scientia futuro-
rum: si igitur diuinae scientiae nulla futura
essent subiecta, praescientiae rationem habe-
re non posset, neque Deus praescius esset, neque
praescire aliquid posset. Similiter de dis-
positioe, providentia, et praedestinatione
sentiendum est.

Tertia conclusio. Creaturae antequam
fierent, et erant, et non erant, erant quidem in
Dei scientia, non erant vero in suanatu-
ra. Unde quia erant in Dei scientia, prop-
terea dictum est Ioan. i. Quod factum est
in ipso vita erat: non quia creatura esset
creator, sed quia in scientia creatoris erat,
quae vita est. Et quia omnia sunt in Dei
scientia, ideo dicuntur ei omnia praesentia,
non solum ea quae sunt, verum etiam quae
praeterierunt, et futura sunt,

DISTINCTIO

XXXVI.

Resolutio Distinctionis.

XXXVI.

Docet hac distinctione Magister quomodo res sint in Deo. Quocirca huius distinctionis hæc est prima conclusio.

Res sunt in Deo non quidem per essentiam, ita enim fieret, ut eiusdem esset cum Deo essentia, sed sunt in Deo per cognitionem. Sicut itaque res in Dei cognitione, non in Dei essentia.

Secunda conclusio. Licet mala sunt a Deo cognita, non tamen dicuntur esse in Deo, sicut et bona. Nam mala non sunt a Deo eo modo cognita, quo bona, nam bona cognoscuntur a Deo per approbationem, et per beneplacitum, mala vero non item, unde peccata dicuntur Deo abscondita, et ignota, quia ea non approbat. Non cognoscere enim dicitur Deus, quæ ipse non probat, unde in iudicio quibusdam dicit, Non novi vos, hoc est non approbo, sed improbo.

Hinc est quod bona solum dicuntur esse in Deo, non mala. Illorum siquidem non solum cognitor est Deus, verum etiam, et author, horum vero licet sit cognitor, non tamen author est.

Tertia conclusio. Illa generali locutione, nempe ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia, sola bona continentur, non mala.

Neque enim ex Deo sunt peccata, neque per Deum, sed ex voluntate peccati nascuntur.

Quarta conclusio. Quamvis quæ naturaliter sunt omnia, sint ex Deo, non tamen sunt de deo, ut pote quia non sint de eius

substantia. Esse enim ex aliquo solam causalitatem importat, esse vero de aliquo præter causalitatem, consubstantialitatem etiam declarat. Hinc fit ut filius genitus a Ioanne sit ex ipso, et de ipso, domus vero facta a Ioanne sit ex ipso, non de ipso, sed de ligno, et lapide.

DISTINCTIO
DISTINCTIO

XXXVII.

Resolutio distinctionis.

XXXVII.

Superiore distinctione exposuit Magister quo pacto res essent in Deo, nunc incidenter exponit quo pacto Deus ipse sit in rebus. Quocirca huius distinctionis hæc est prima conclusio. Deus est in rebus omnibus generaliter per essentiam, presentiam, et potentiam, in sanctis vero specialius, et excellentius per gratiam in habitatem, in Christo vero specialissime, et excellentissime per gratiam hypostaticæ unionis. Probatur conclusio diui Gregorij, et aliorum sanctorum patrum testimonijs.

Hinc primum intelligitur Deum ibi esse ubi habitat, non tamen ibi habitare, ubi est. Etenim in malis est, non tamen in malis in habitat. Illos enim solum in habitat, qui sunt templum eius, et sedes eius.

Secundo intelligitur Deum ubique esse per diuinitatis presentiam, non tamen ubique esse per in habitationis gratiam.

Secunda conclusio. Deum esse in aliquo per in habitationis gratiam, est esse in eo sicut obiectum cognitum et dilectum,

sive

sive secundum actum ut in adultis, sive habitus solo, ut in paruulis sanctificatis sacramento Christi.

Tertia conclusio. Deus est in omni re sine definitione, in omni loco, sine circumscriptione, in omni tempore, sine mutatione. Ita fit ut Deus neq; localis sit, neq; circumscribibilis, neq; temporis mutationi, et vicissitudini subiectus.

Quarta conclusio. Spiritus creatus localis quidem est, non sic quidem ut loco circumscribatur, sed ut loco definiatur, sic enim totus est alicubi praesens ut interim alibi non inueniatur. Et quia spiritus, creatus localis est, ideo ei conuenit non solum esse in loco, verum etiam de loco transire in locum.

DISTINCTIO

XXXVIII.

¶ Resolutio distinctionis.

xxxviij.

Distinctione 38. ponuntur duae quaestiones, prior quaestio est, utrum scientia, vel praescientia Dei sit causa rerum, an contra res ipse sint cause diuinae scientiae, et praescientiae. Posterior quaestio est, utrum diuina praescientia rebus praescitis imponat eueniendi necessitatem.

Pro explicatione prioris quaestionis subiicit Magister duas conclusiones. Prior conclusio. Res non sunt cause diuinae scientiae, aut praescientiae, sic enim fieret ut temporale existeret causa eius quod est aeternum, et creatum esset causa increati, et ex creaturis dependeret scientia creatoris.

Secunda conclusio. Diuina scientia est causa eorum quae sunt, quaeque fiunt, et facta sunt, et diuina praescientia est causa quod aliqua futura sint. Non enim Deus res nouit, quia sunt, aut fiunt, sed ideo sunt, fiunt, et facta sunt, quia Deus eas nouit.

Similiter et futura non proinde praesciuntur, quia sunt futura, sed ideo sunt futura, quia praesciuntur. Ostenduntur haec omnia testimonijs Augustini.

Haec tamen conclusio refutatur a Magistro in hunc modum: Si Deus, et diuina scientia est causa eorum quae nouit, cum Deus nouerit mala, sequitur ut Deus sit author malorum, quod tamen omnino falsum est.

Præterea, Origenes ait, non propterea aliquid fore, quia Deus illud praescit futurum, sed contra, propterea Deum praescire futurum, quia futurum est, igitur etc.

Ad primum argumentum respondet Magister scientiam Dei simpliciter non esse causam rerum, sed adiuncto beneplacito, sive determinatione suae voluntatis. Unde scientiam distinguit in notitiam absolute, et in notitiam prout includit beneplacitum. Priori modo habet Deus scientiam malorum, posteriori uero modo bonorum, unde bonorum est causa, non itidem malorum. Quo circa illam propositionem Augustini, nempe, Ideo res sunt, quia Deus nouit, sic exponit Magister, quia scienti placuit, et quia sciens disposuit.

Ad secundum respondet Magister exponendo dictum Origenis, illud igitur

a 2 dictum